

a) 1156


b) 2770

XVII, 105.

1
2
3
4
in

Contenta in hoc volumine.

1. Locorum & Analogiarum philippi Melanthonis.
2. De phrasibus Hebraicis commentariolus Abellae praetorij.
3. Isagoge ad libros prophetiarum et Apostolicas scripturas à geno palladio.
4. Responsiones phi: Melanthonis ad impios articulos Baianicae inquisitionis, in quibus simul explicantur paginae Conuersionis huius temporis.



2

DE PHRA-
sibus Ebræis Com-
MENTARI-
OLVS

Abdiæ Prætorñ.



VVITTEBERGÆ
EX OFFICINA LAURENTII
SCHVENCK.



M. D. LXIII.

DE P H R A
libus Episcopi Com


M E N T A R I
O L N S

Abbas Prætorii



V N I T E R C E

EX OFFICINA LAURENTII
SCHAECK



M. D. LXXIII

CLARISSIMO

VIRO PAVLO PRAE-

torio, artium Magistro, & Archiepiscopi

Magdeburgensis Consilia-

rio, Abdias Prae-

torius,

S. D.



ESI non defunt

nobis, quæ commo-

dè videntur hoc loco

exponi posse: tamen

ea nunc decerpemus

tantum, quæ præcipua sunt, & ad

negotium hoc aliquando propius

accedunt. Ac primum quidem ins-

tituti nostri ratio reddenda est, De-

inde uero de usu commentarioli, cæ-

terisq; nonnullis, idq; paucis admo-

dum, uerba faciemus. In eo uero ge-

nere, à te Paule pro mutuo contendis-

mus amore, ut loquentes nos audias

A 2

non

EPISTOLA

non grauatim, causam benigne cog-
noscas, ac tum demum, si uisum ita
fuerit, sententiam feras.

Cum olim, annis, ni fallor, abhinc
quatuordecim, ad Ebraeae linguae cog-
nitionem iuuenili magis impetu,
quam ratione iudicioque raperemur,
illud tum studio, curaque nobis erat,
ut una cum praecipuis puerilibus me-
diocrem uocabulorum suppellecti-
lem atque cognitionem coniungerem-
us, In eo cursu quid temporis, quid
operae sit positum, qui libri sacri per-
lecti, quoties relecti, quid attinet odio-
se narrare? Haec uero sic gesta sunt
ut aliarum etiam rerum exercitia con-
iungerentur, quae partim officij, par-
tim priuatorum studiorum nomine
fuerant suscepta. Ab eo deinceps tem-
pore lapsis ut maxime quatuor annis,
cum solidiorem aliquam noticiam
animus expeteret, non iam de uocibus
bus

bus solis, sed multo magis de formis loquendi integris, quas Phrases Græcorum imitatione nuncupamus, cura nobis laborq; cœpit esse. Itaq; paulatim communissimas aliquot Regulas colligebamus, & addebamus exempla, pro ut occurrebant, & conuenire uidebantur. In utroq; uero cùm uiuas præceptorum uoces, tum aliorum etiam explicationes sequebamur, & conferebamus interdum etiam nostras obseruationes, quæcunq; tum poterant esse. Nam quod Crætylo Socrates dicit: δοκῆς μοι αὐτὸς τὸ ἐσκέφθαι τὰ τοιαῦτα καὶ παρ' ἄλλωρ μὲν μαθῆναι, cur non alijs interdum hominibus tribuetur? cur non de recentioribus usurpabitur, quorum sunt obseruationes quædam non indignæ, ut cum priscis illis conferantur? Etsi autem subinde aliquid ad primam illam congeriem accessit: tamen per magnum illud est, quod à nobis neglectum

EPISTOLA

glectum ad integri corporis consti-
tutionem desideratur. Ex his igitur
quis non uidet cursum illum
non à paucis tantum annis inchoa-
tum, non successisse nos alijs æmulan-
di causa, non insidiari laboribus, ue-
stigijsq; illorum, qui prius aquas istas
tentarunt? Quin potius ab alijs mul-
tis hanc Spartam ornari cuperemus,
atq; adeo, ut fiat aliquid ab ijs, qui
possunt, obtestamur.

Sed his omissis illud in quæstio-
nem uenit, num sit aliquod in hac re
precium operæ, pondus atq; momen-
tum. Hic quid est, quod quærat?
Nam quorsum hæc tendunt? Ad sac-
cras nimirum locutiones intelligen-
das. Itaq; quàm est illa sacrarum di-
uinarumq; rerum cognitio necessa-
ria, tam debent etiam esse commenta-
tiones in hoc genere gratæ. Conside-
rentur hic rixæ de uocabulis & Phra-
sibus,

sibus, quæ sæpe sunt in Ecclesia mota. Samosatenus λόγος in Iohanne decretum interpretatur, idque ex mera Grammatices inscitia, quæ docet λόγος pro eo, quod est λέγω, usurpari, sicut & iusticia pro iustificante, fortitudo pro fortificante. In eam enim sententiam Irenæus etiam, ni fallor, interpretatur, sed Basilus ideo dicitur, ὅτι ἐκ τοῦ νεῦ προσήλθε. Fuerunt, qui ex textu Matthæi: Donec peperit primogenitum, contenderunt Mariam post Christum alios etiam liberos peperisse, sed Phrasin non uiderunt, quæ talis est, ut sequentia quoque tempora nonnunquam includat. Monachi miscentes Legem & Euangelium Pauli se autoritate tuentur, qui Euangelium legem fidei uocat, sicut ipse memini à Monacho factum in aliqua disputatione esse, sed hic ex fontibus discitur Ebræis, unum idemque uocabulum & genera-

ÆPISTOLA DVNVI

liter quamlibet doctrinam, & deinceps in specie Mosaicam illam legem denotare. Quam uero possem hic esse copiosus collatis exemplis, quæ in Psalmis, in Prophetis, in primo capite Iohannis, in Romanis, alijsq; plurimis locis continentur. In talibus igitur est opus aliqua manu ductione, rudimentis, & quasi pædagogia, ac profunt ad eam rem communiores quidam Canones non parum.

At unde sunt illæ uarietates, perplexitates & inuolutæ sermonis in diuinis potissimum libris? Profecto non aliunde, nisi ex peculiari quadam gentis, & linguæ proprietate. Atq; id quidem cum alijs multis habet commune. Nam quæ gens est, quæ non habeat suos quosdam Idiotismos? Quæ est ars uel professio, cui non suæ sint & uoces interdum & locutiones? Imo uero unum idemque sæpe uocabulum in diuersis artibus

tibus

tibus diuersam obtinet notationem. Quæ denicq; ætas, quæ non à suis etiam maioribus & in appellationum, & formularum usu discedat. Quid quod in ipsis interdum scriptoribus alius alia dicendi ratione delectetur. Hinc ortæ sunt illæ Grammaticorum de uocabulis prolixæ commentationes, Hinc Rhetorum capita de ueteribus, nouis, peregrinis, alijsq; dicendi formis, Hinc illæ declarationes uocum in omni professione. Ac meminisse uide me maiorum nostrorum Germanica scripta, quæ legi quidem poterant, sed non omnibus intelligi locis. Quo fit, ut commodè dicatur, uocabula ualere, sicut nummi ualent, quod quidem dictum satis completitur multa.

Nunc ad te Paule uenio, quem loco fratris non iniuria colo. Intelligis autem, me nihil aliud hic agere, quàm ut amoris erga te mei testimonium

omissum


A 5

nium

EPISTO: NVNCVPA TORIA.

nium edatur, quam meam uoluntatem quomodo non probabis? Sicut autem religione, studijs, animisq; con iuncti sumus: Ita faciat unicus ille Deus clemens & Ειλάνδρωπθ, ut nos quoq; σκεύη ἐλέους maneamus, & ea, quæ grata ipsi sunt, dicamus atq; faciamus, Vale bene is. A prilis in diebus Azy morum.

1557.



Testimon

TESTIMONIA QVAEDAM DE
Phrasibus Scri-

pturae.



Jeronymus in
io. Osee: Hanc
habet consuetudi-
nem sermo diuis-
nus, ut per Trop-
ologiam & Me-
taphoram historiae
exprimat ueritatem.

Idem Abac: i. Tropologia libera
est, & his tantum legibus circumscri-
pta, ut pietatem sequatur, intelligenti-
ae sermonisque contextum, nec in re-
bus multum inter se contrarijs uiolen-
ta sit copulandis. Neque enim eadem
est historiae lex & Tropologiae.

Augu. de doctri: Christ: lib. 2.
cap. 6. scribit, figuratis locutioni-
bus

TESTIMONIA DE
bus sacrae scripturae suauius & iucun-
ditus nos affici, quam si eadem sententia
planis uerbis diceretur.

Ibidem lib. 3. cap. 5. ii. Cauenda
dum est, ne figuratam locutionem
ad literam accipiamus. Nec locutio
propria ut figurata accipienda est.

Ibidem cap. 10. Quicquid in ser-
mone diuino neque ad morum honesta-
tatem, neque ad fidei ueritatem prop-
rie referri potest, figuratum esse cog-
nosce.

Ibidem cap. 129. Sciant literati
modis omnibus locutionis, quos
Grammatici Tropos uocant, Auto-
res nostros usos fuisse, & multiplicius
& copiosius, quam possunt existima-
re uel credere, qui nesciunt eos.

Ibidem lib. 4. cap. 6. Possem quis-
dem, si uacaret, omnes uirtutes & orna-
menta eloquentiae ostendere in
istorum

PHRASIBVS SCRIPTVRÆ. 6
istorum literis sacris, quas nobis pro-
uidentia diuina prouidit.

Idem de consensu Euangē. lib. 2.
cap. 30. Nullo modo dubitandum
est, Dominum Iesum dixisse partim
proprie, partim figurate.

Idem de Gene. ad litera : cap. 10.
Si secundum literam, id est, ut litera
sonat, aliqua intelligi pie & digne
non possunt, nisi figurate atq; ænig-
matibus ista credamus, auctoritatem
habemus Apostolicam, à quibus tam
multa ueteris Testamenti soluuntur
ænigmata.

Idem de Trinita : lib. 2. cap. i.
Ambigua in sacris literis, si explicari
non possunt, in utranq; partem
intelligi possunt, si fidei
regula non
obstet.

DB

DE PHRASI BUS EBRAEIS.

I. Caput.

De locutionibus de Deo.

CANONES.
I.

Membra corporea Deo attributa
semper incorporaliter significa-
cant, & ut plurimum secundum effe-
ctum sui generis intelligi debent.

Facies aliàs praesentiam, aliàs
favorem & benignitatem

Dei denotat, ut

Psal. 114. A facie Domini mota
est terra.

Psal. 27. Ne auertas faciem tuam
a me.

Vultus pro ira, ut

Psal.

DE LOCUTIONI: DE DEO. 7

Pfal. 34. Vultus Domini super
facientes mala.

Oculi pro beneuolentia, ut

Pfal. 34. Oculi Domini super
iustos.

Aures pro affabilitate uel fa-
cilitate in exaudiendo, ut

Pfal. 34. Aures eius in preces eo-
rum.

Brachium pro robore, ut

Lucæ 1. Fecit potentiam in bras-
chio suo.

Manus pro potentia, protecti-
one, liberalitate, artificio

& cognatis, ut

Hiob 19. Manus Domini tetigit
me.

Pfal. 31. In manus tuas commen-
do Spiritum meum.

Pfal. 145. Aperis tu manum tuam.

Pfal. 91. In manibus portabunt te.

Hiob

DE LOCUTIONIBVS

Hiob 10. Manus tuæ Domine fecerunt me.

Pedes & Tibiæ pro robore
uel potestate, ut

Pfal. 147. Non in tibijs uiri beneplacitum erit ei.

Pfal. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius.

Pfal. 110. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

Pupilla pro eo, quod est
charissimum, ut

Zach. 2. Qui tetigerit uos, tangit pupillam oculi eius.

Ala pro defensione, ut

Pfal. 17. Sub umbra alarum tuarum tege me.

Appendix.

Ea figura ἀνθερωπάθεια uocatur,
Potest etiam ad Metaphoram uel
Metos

Metonymiam referri, ut causa pro effectu quasi ponatur. Huc pertinent & illæ regulæ: Scriptura saepe de Deo loquitur secundum captum hominis. Et Hilarius libro de Trinitate: Scriptura per corporalia spiritalia docet, & inuisibilia per uisibilia demonstrat.

II.

Affectus in Deo de effectu intelligendi sunt.

Ira Dei pro horrendo eius iudicio, derelictione uel supplicio.

Sic Deus in ira punire dicitur, cum prorsus denegare uideatur auxilium, ut

Psal. 6. Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me.

Psal. 85. Auerte iram tuam à nobis.

B

Colos.

DE LOCUTIONIBVS

Colof. 3. Venit ira Dei super filios
inobedientiae q.d. supplicium.

Amor, charitas, dilectio Dei,
significant beneficia, defen-
sionem & curam, ut

Rom. 8. Quis separabit nos à di-
lectione Dei?

Pœnitentia pro ipsa mu-
tatione, ut

Rom. 11. Dona Dei sunt sine pœ-
nitentia, quasi dicat, sunt immutabi-
lia, uel sine inuidentiâ Dei, ut ita lo-
quamur.

Appendix.

Hæc figura Synecdoche uocatur,
quia Antecedens pro antecedente &
consequente ponitur. Possunt etiam
ad Metonymiam referrî, ut causa pro
effectu ponatur.

III.

Actiones in Deo nonnunq̄ effe-
ctiue

ſiue debent intelligi, & eatenus reſolutio fieri poteſt per effectum iſtius actionis.

Gene. 6. Poenituit Deum, quod hominem feciſſet in terra, pro, coepit cogitare de poenis & mutationibus.

Gene. 8. Recordatus eſt Deus Noah, & cunctorum animantium.

Pſal. 1. Nouit Dominus uiam iuſtorum, id eſt, nouit, approbat & tuerur.

Pſal. 4. Quoties ego clamo, toties exaudi me Deus iuſticiae meae, pro, foelicem praebere ſucceſſum.

Pſal. 5. Tu benedices iuſto, pro, benefacies.

Pſal. 10. Quouſq; Domine ſtabis in longinquo & quouſq; abſcondes & pro, quouſq; deſeres me, & in calamitatibus exagitari me patieris.

Pſal. 51. Miſerere mei Deus, pro, remitte culpam, & redde conſolationem

B 2 ſolationem

DE LOCUTIONIBVS.

solationem cordi meo, confirma me
Spiritu tuo, ut non deficiam.

Pfal. 85. Nunquid in æternum
irascaris nobis? pro, deseres.

Rom. 9. Esau odio habui, Jacob
dilexi, id est, illum reieci, hunc rece-
pi.

Appendix.

His similia sunt illa, quæ in prima
& secunda regula diximus.

III.

Actiones Dei, quæ speciem mali
Præferunt, permissiuè debent intelli-
gi

Exod. 7. Indurabo cor Pharao-
nis.

Amos 3. Num est malum in ci-
uitate, quod non creem?

Rom. 1. Dedit eos in reprobum
sensum, pro, permisit eos degenerare.

Appendix.

Est Phrasis uel Catachresis Ebræa.
Augustinus de prædestinatione Sancto-
rum,

etorum cap. 4. Deus indurare dicitur eum, quem mollire uoluerit. Repellere eum, quem uocare uoluerit. Excœcare eum, quem illuminare uoluerit.

Thomas de Aquino: Deus non est causa effectiua mali, sed permissiua.

V.

In simplicibus Dei denunciatio- nibus, nonnunquam conditio subin- telligenda est.

Gene. 20. Ecce tu morieris pro- pter mulierem, quam accepisti, scilicet, si non restituas, sicut sequitur, si non restituas, scito quòd moriendo morieris.

4. Reg. 20. Morieris tu, & non uiues, scilicet, nisi orando à Deo pro- rogationem impetraueris.

Ionæ 3. Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur, scilicet, si non egerit pœnitentiam.

Appendix.

B 3 Syne

DE LOCUTIONIBVS

Synecdoche uocari potest, quia generale pro particulari. Item Enallage propositionis, quia Categoricalum pro hypothetico ponitur.

VI.

In locutionibus de Deo nonnunquam tempus Enallacticos usurpatur.

Psal. 2. Ego hodie genui te.

Iohan. 8. Antequam Abraham fieret, ego sum.

Appendix.

De tota diuinitate hec ideo ualent, quia apud Deum non est tempus, ut Augustinus loquitur. De Christo uero partim propter æternitatem, partim propter immutabilitatem, quod natura non sit mutata.

Disputari interdum de hac locutione solet: Filius est genitus. Origenes dicit, Filium semper nasci, sed Gregorius in commentario confutat hanc formulam. Chrysostomus & Augustinus dicunt, Filius est semper genitus.

genitus. Sed communis Ecclesiae formula est, Filius est genitus. Sit sane hæc simplex & propria, illæ impropria uel figurata.

VII.

Essentiales Dei proprietates semper inclusiue debent intelligi, ita ut omnibus personis æqualiter tribuantur.

Gene. i. Deus creauit cœlum & terram.

Psal. 31. In te Domine speraui, non confundar in æternum.

Appendix.

Huc pertinent illæ: Appellationes potentia & uirtutum sunt communes omnibus personis.

Augustinus: Opera Trinitatis ad extra sunt indiuisa, scilicet, quoad essentialia attributa uel seruata cuiuslibet proprietate in officio.

VIII.

Personales in diuinitate proprietates

B 4

tates

DE LOCUTIONIBVS

tates uel attributa semper exclusiue
intelligenda sunt.

Deus Pater tantum est gignens.

Deus Filius tantum est genitus.

Deus Spiritus sanctus tantum
procedit.

Appendix.

Tales sunt istæ: Personales pro-
prietates singulas & certas personas
respiciunt. Et Augustinus inquit:
Opera Dei ad intra sunt diuisa.

Personales proprietates apud Da-
mascenum uocantur Idiomata cha-
racteristica. Apud Basilium uero in
Epistola ad Gregorium fratrem uo-
cantur *ιδιώματα ασύμβατα, καὶ ἀκοι-
νώβητα.*

IX.

Dicta de una persona nonnunquam
inclusiue de alijs etiam personis in-
telligenda sunt.

Iohan. 15. Spiritus, qui à Patre
procedit.

In

In Symbolo Patri tribuitur creatio, sed cōpetit omnibus essentialiter.

Filius est doctor & promulgator Euangelij.

Spiritus sanctus est sanctificator. Sed in his etiam reliquis personis suæ partes sunt.

Appendix.

Ea figura uel *κατάχρησις* est uel *συνειδοχη*. Huc referri possunt & ille: Personaliter nonnunquam Scriptura loquitur in ijs, quæ uerè sunt essentialia. Essentialia nonnunquam personaliter ponuntur, idèz uel ratione ministerij in ista persona præcipui, uel ad captum auditorum. Essentialia personaliter posita semper inclusiue, uel per ampliationem & communicationem sunt intelligenda.

X.

Externæ de Deo appellationes uel Metaphoricè, uel effectiue significat, quasi dicas, similis isti uel efficiens hoc.

B 5

Psal.

DE LOCUTIONIBVS

Pfal. 18. Diligam te Domine fortitudo mea, pro, fortificans uel corroborans me.

Ibidem: Domine Petra mea, & arx mea, & mi liberator, mi Deus, fortitudo mea, fiducia mea, scutum meum, & cornu salutis meæ, exaltatio mea.

Iere. 16. Dominus fortitudo mea & robur meum.

1. Corinth. 1. Christus factus est nobis sapientia, iusticia, sanctificatio, redemptio.

Appendix.

Hæ locutiones pertinent uel ad Metaphoram, uel ad Metonymiam.

XI.

Locutiones de filio Dei nondum incarnato, de sola essentia diuina intelligendæ sunt.

Iohan. 1. Deus erat uerbum.

Iohan. 8. Antequam Abraham fieret, ego sum.

LOCUS

XII.

Locutiones de filio Dei incarnato semper secundum unionem duarum naturarum inseparabilē, uel Idiomatum communicationem ualent.

Iohan. 1. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.

Lucae 9. Filius hominis non habet, ubi caput suum reclinet.

Ibidem: Filius hominis tradetur in manus hominis.

Iohan. 3. Filius hominis, qui est in caelo, Sic Christus est ubiq̃.

Appendix.

Huc pertinent Regulæ Theologicae: Attributum unius naturæ competit & alteri, sed in concreto. Quæ uni naturæ propria sunt, eadem attribuantur & alteri, sed in concreto. Quicquid de operibus uel passionibus filij Dei incarnati loquitur, propriè in concreto debet intelligi, & non in abstracto. De Christo incarnato

DE LOCUTIONIBVS

carnato inusitata prædicatione loquimur. Nomina officij in Christo secundum utramq; naturam intelligi debent, ut esse Mediatores, Iustificatores & Redemptores.

XIII.

Locutiones de Christo nonnunquam secundum humiliationem intelligendæ sunt.

Marci 13. De die uel hora nemo scit, neq; Angeli, neq; filius, nisi pater, scilicet, quod attinet ad statum humiliationis, uel, ut alij quidam interpretantur, quod ad reuelationem alijs faciendam attinet. Sic & Albinus de fide lib. 2. cap. 12. ait. Ita eum non scire, ut alios scire fecisset.

Iohan. 14. Pater maior me est, scilicet, ratione officij. Pater misit, ego sum missus, Pater est in gloria, ego in humiliatione.

Iohan. 17. Clarifica Filium Pater, scilicet, in quantum sum humiliatus.

Appenz

Appendix.

Regulæ Theologicæ sunt: Quædam dicta de essentia loquuntur, quædam de officijs. Alia dicta de regnante Christo loquuntur, alia de humiliato. Generaliter dicta nonnunquam certis modis restringenda sunt.

XIII.

Locutiones de Christo nonnunquam secundum glorificationem debent intelligi, id est, de exaltatione naturæ humanæ supra omnes creaturas.

Lucæ 21. Tunc uidebunt filium hominis uenientem in nube cum potestate magna.

In Symbolo: Sedet ad dexteram Dei Patris.

XV.

Locutiones de Christo nonnunquam de Ecclesia, seu mystico eius corpore intelligendæ sunt.

Matth. 25. Nudus fui, & non cooperuistis me.

Actor.

DE LOCUTIONIB: DE DEO.

Actor. 9. Saule, Saule, quid persequeris me?

Appendix.

Ea figura Metonymia uocatur, in qua Dominus pro subditis ponitur. Augusti: lib: 3. de doctrina Christiana, ca. 30. & 31. in septem Regulis sic loquitur, Quaedam de Domino, quaedam de corpore sunt intelligenda.

XVI.

Locutiones de mysteriis coenae dominicae, secundum τὸ ἕκτὸν intelligendae sunt.

Matth. 26. Hoc est corpus meum. Hic est sanguis meus.

II. CAPVT
DE PHRASIBVS
sententiarum vel pro-
positionum.
CANONES.

I.

DVæ

DVæ Categoriæ propositiones per copulatiuam coniunctionem connexæ, nonnunquam hypotheticè significant. Idem ualet si altera sit imperatiua locutio.

Psal. 2. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam.

Psal. 4. Irascimini & nolite peccare.

Iesa. 45. Rorate cœli desuper, & nubes pluant iusticiam, aperiatur terra, & germinet salutem, iusticia floreat. Ego Dominus creo hoc, pro, si fiant hæc omnia, ego sum autor.

Iesa. 45. Conuertimini ad me & salui eritis.

Matth. 18. Quoties peccabit in me frater meus, & remittam ei.

Lucæ 10. Hoc fac & uiues.

Iohan. 14. Creditis in Deum, & in me credite.

Appendix.

Ea formula Enallage propositionis uo

DE PHRASIBVS

nis uocari potest. Sic copulatiua non
nunquam conditionaliter significat.

II.

Duæ propositiones Categoriæ
per copulatiuam connexæ nonnun-
quam Antitheticè significant.

Psal. 3. Ego iacui & dormiui &
exurrexi.

Abac. 2. Ecce iste coopertus est
auro & argento, & omnis Spiritus
non est in ipso q. d. etiamsi Idolum
est auro & argento insignitum: ta-
men nihil habet animæ, nihil uitæ.

Appendix.

Est Enallage propositionis, &
resoluitur per particulas, etsi, tamen.
Nonnulli copulatiuam coniunctio-
nem in talibus locutionibus, pro, sed
exponunt, quod non est ineptum.

III.

Duæ Categoriæ per copulatiuam
connexæ sæpe sic coniunguntur, ut
posterius sit explicatio prioris.

Psal.

Pfal. 4. Sacrificate sacrificia iusticie,
& sperate in Domino, q. d. sperate in
Domino, & hoc putate sacrificium.

Pfal. 116. Sacrificabo hostiam lau-
dis, & Domini nomen inuocabo.

Appendix.

Talia exempla possunt uel ad
pleonasmum uel Hyperbaton referri.

IIII.

Duæ propositiones Categoricalæ
per copulatiuam connexę, nonnunq̃
pro una satisfaciunt sic, ut prius uer-
bum uim Aduerbij contineat.

Gene. 25. Et addidit Abraham
& accepit uxorem.

Iosua 4. Et festinauerunt, & trans-
sierunt, pro, festinanter transierunt.

Appendix.

Tales locutiones partim sunt ple-
onasticæ, partim uero resolutiones
coherentium.

V.

Duæ propositiones Categoricalæ
C per

DE PHRASIBVS

per copulatiuam connexe, nonnunquam
relatiue uel causaliter significant.

1 Samu. 20. Non faciet pater meus
rem paruam uel magnam, & non in-
dicabit mihi, pro, quam non indica-
bit mihi, uel, ut non indicet mihi.

Iesa. 39. Ecce dies ueniunt & au-
feretur, pro, in quibus, uel, ut.

Iohan. 16. Modicum & non uide-
bitis me.

Appendix.

In his est Enallage quædam pro-
positionis.

VI.

Dux Categoriæ per copulati-
uam connexe, nonnunquam per col-
lationem intelligendæ sunt.

Psal. 125. Circum Ierusalem sunt
montes, & Dominus est in circuitu
populi sui, q. d. Sicut Hierosolymam
montes, ita Deus cingit Ecclesiam.

Appendix.

Tales referri possunt, uel ad Enal-
lagen

lagen propositionis, uel ad Eclipsin.

VII.

Duæ propositiones Antitheticæ, positæ sic, ut includant oppositionem quandam, comparatiuè nonnunquã intelligendæ sunt.

Psal. 34. Leones egebunt & esurient, quærentes autem Dominum non destituentur omni bono.

Hof. 6. Misericordiam uolo, non sacrificium.

Matth. 20. Sedere ad dexteram meam, & sinistram, non est meum dare uobis, sed quibus paratum est à Patre meo, q. d. potius ex ijs pendet, quibus propter fiduciam præparatur, quàm ex meo solius dono.

Matth. 24. Cœlum & terra transibunt, uerba mea non transibunt.

Luçæ 4. Cum facis prandium, noli uocare fratres tuos &c. sed uoca pauperes, mutilos, claudos, cœcos, id est, potius hos quàm illos.

C 2

Appens

DE PHRASIBVS

Appendix.

Est Enallage propositionis, & fit
resolutio per particulas potius, quàm.

VIII.

Antitheticæ propositiones non
nunquam declarationis significatio-
nem continent.

Iesa. 3. Peccatum suum indicarunt
& non celarunt, pro, sine celatione
indicarunt.

Iere. 10. Maledicta sit dies, in qua
natus sum, & dies, in qua peperit me
mater mea, non sit benedicta.

Iohan. 1. Omnia per ipsum facta
sunt, & sine ipso factum est nihil.

Ibidem: Confessus est, & non
negavit.

Appendix.

Hæc figura aliàs Expolitio uocatur.

IX.

Duæ uel plures propositionum
formulae sæpe pro una simplici sen-
tentia satisfaciunt.

Exo

Exodi 12. Mensis iste uobis caput mensium, primus ipse sit uobis mensium anni.

Deut. 13. Post Deum uestrum ibitis, ipsum timebitis, praecepta eius obseruabitis, uoci eius obedietis, ipsum coletis, & ei adhærebitis.

Psal. 6. Audiuit Dominus uocem fletus mei, audiuit Dominus precationem meam, Dominus orationem meam suscepit.

Psal. 7. Reuertatur dolor eius in caput eius, & in uerticem eius uiolentia eius descendat.

Psal. 78. Non crediderunt in Deum, & non sunt confisi in salutem eius.

Appendix.

Hæc forma solet Expolitio uocari.

X.

Duæ uel plures particulae uno loco posita, nonnunquam propter Emphasin secunda uice repetuntur.

DE PHRASIBVS

Exodi 16. Filij Israel comederunt
Manna annis quadraginta, donec uen-
nerunt ad terram liberationis, Man-
na comederunt, donec uenerunt ad
terminos terræ Canaan.

Leuit. 20. Vir qui adulterium ad-
miserit cum uxore, uir qui adulteris-
um admiserit cum uxore socij sui,
morte morietur cum adultera.

Psal. 51. Tibi, tibi tantum peccaui.

Psal. 96. Adferte Domino fami-
liæ populorum: Adferte Domino
gloriam & potentiam: Adferte Do-
mino gloriam nominis eius.

Psal. 124. Nisi quia Dominus erat
in nobis, dicat nunc Israel, nisi quia
Dominus erat in nobis.

Psal. 136. Quoniam in æternum
misericordia eius. Quod aliquoties
reperitur.

Psal. 144. Propè est Dominus in-
uocantibus eum, omnibus inuocans-
tibus eum in ueritate.

Appens

Appendix.

In Rhetorica Repetitio uocatur,
sed nonnunqū etiam ad pleonasmum
referrī possunt.

X I.

Generales sententiæ nonnunqū
per restrictionem de una certa specie
debent intelligi.

Psal. 7. Si est iniquitas in manibus
meis, scilicet, in hac causa Saulitica.

Psal. 112. A tristi fama non time-
bit, scilicet, inordinato timore.

Prouerb. 6. Ne respondeas stulto
secundum stultitiam eius, ne similis
ei efficiaris. Loquitur de inordinata
responsione.

Ibidem: Responde stulto secun-
dum stultitiam eius, ne sibi sapere uis-
deatur. Loquitur de ordinata respon-
sione.

Tobiae 4. Eleemosyna liberat a
peccato, scilicet, quod ad poenas alia-
quas, non quod ad culpam.

C 4

Eccles

DE PHRASIBVS

Eccles: 1. Radix sapientiæ timere Deum, scilicet filiali timore.

Daniel. 12. Qui iustificabunt multos, sicut stellæ firmamenti lucebunt, scilicet mediatè, nempe Dei beneficio interueniente.

Matth. 11. Venit Iohannes neque bibens, neque comedens, id est, non multum comedens.

Matt. 6. Nolite solliciti esse de crastino, scilicet inordinata sollicitudine.

Marci 10. Sedere ad dexteram meam, non est meum dare, scilicet categoricè non do, sed hypotheticè possum, scilicet, credentibus.

Lucæ 16. Mammon iniquitatis, scilicet, si abutaris.

Iohan. 6. Caro mea uerè est cibus, scilicet, coniuncta cum uerbo & fide accipientis.

Iohan. 9. Neque hic neque parentes eius peccauerunt, scilicet, quo ad hanc cœcitatem.

Idem

Idem 12. Qui odio habet animam suam in hoc mundo, in uita æterna custodiet eam, scilicet, in negocio Dei & tempore confessionis.

Rom. 9. Iacob dilexi, Esau odio habui, scilicet in primogenitura, & rerum externarum benedictione, non de iustificatione.

Rom: 12. Mihi uindicta, & ego retribuam, debet intelligi de priuata uindicta.

1. Corinth. 8. Scientia inflat, scilicet, carens caritate.

1. Corinth: 3. Si habeam omnem fidem, caritatem autem non habeam, nihil sum, nempe, iudicio humano, & quod ad proximi utilitatem.

1. Timo: 1. Iustis non est lex posita, scilicet, quod ad condemnationem, sed quod ad pædagogiam est posita.

Ebre: 6. Impossibile est, eos qui semel sunt illuminati, & prolapsi sunt,

C 5

rursum

DE PHRASIBVS

rursum renouari ad pœnitentiam, scilicet, à parte hominis accipientis non à parte Dei dantis. Vita æterna est merces, scilicet à parte dantis, non à parte accipientis. Opera placent Deo, scilicet, in iustificatis & renatis.

Appendix.

Hæc figura uel Synecdoche uel Ectasis uocatur. Oratio generalis seu uniuersalis reuocatur ad uerisimilem autoris mentem, nec patitur omnes ex se trahi sequelas, etiamsi iuramentum interueniat, ff. de pignoribus l. obligatio generalis & l. seq. & ff. de oper. liberto. l. si libertus iurauerit.

Huic similes illæ: Simpliciter dictum nonnunquam secundum quid intelligitur. Totum nonnunquam pro parte ponitur. Inclusiua nonnunquam exclusiue sunt intelligenda.

XII.

Generalis uel communis sententia uel

tia uel simplex locutio nonnunquam
distributiue debet intelligi.

Psal. 19. In omnem terram exiuit
sonus eorum, scilicet, secundum ma-
gis & minus, & successiue.

Matth. 5. Merces uestra copiosa
erit in coelis, scilicet, ratione fidei da-
tur iusticia, ratione operum dantur
alia præmia, glorificationes uel ins-
ignia.

Matth. 26. Accipite, comedite.
Item, bibite ex hoc omnes, id est, non
simul & semel, sed ordine quodam.

Rom. 2. Deus reddit unicuique se-
cundum opera eius, id est, ratione fi-
dei reddet iusticiam & uitam æters-
nam, ratione operum sequentium
reddet alia præmia huius & alterius
uitæ. Et rursus ratione incredulitatis
reddit æternas pœnas.

Apocalypsis 14. Opera eorum
sequentur illos.

Appendix.

Huc

DE PHRASIBVS

Huc pertinent illa : Ambigua
uel generalia intelligenda sunt serua-
ta cuiuslibet proprietate.

XIII.

Simplex sententia nonnunquam
Synecdochicè intelligenda est.

Ioel: 2. Omnis quicumq; inuoca-
uerit nomen Domini, saluus erit, scilicet,
non ratione inuocationis, sed ra-
tione fidei prælucentis. Hoc dictum
potest etiam intelligi de liberatione
ex corporalibus calamitatibus.

Matth: 6. Si dimiseritis hominibus
peccata eorum, dimittet & uobis
Pater cœlestis delicta uestra, scilicet,
seruatis seruandis, uel fide prælucente.

2. Reg: 22. Laudatur laceratio uestis
à Iosia facta.

Matth: 25. Venite, quia esuriui
& cibastis me.

Appendix.

Hæc aliàs ad Metonymiam, aliàs
ad Synecdochen pertinent. Huc per-
tinent :

tinent: Nonnunquam effectus pro
causa, consequens pro Antecedente
ponitur. Nonnunquam effectui tribu-
bitur quod est causæ. Sic conse-
quenti quod est Antecedentis, Sic
operibus, quod est fidei. In talibus de-
bet subintelligi, scilicet, seruato modo
diuinitus patefacto.

XIII.

Categoricè dicta nonnunquam
hypotheticè debent intelligi.

4. Reg. 20. Morieris tu & non
uiues, scilicet, nisi orando proroga-
tionem à Deo impetraueris.

Ionæ 3. Adhuc quadraginta dies
& Niniue subuertetur, scilicet, si non
egerit pœnitentiam.

Appendix.

Hæc ad Synecdochen pertinent,
& similia sunt capite primo, Regula
quinta.

XV.

Sententia particularis nonnun-
quam

DE PHRASIBVS

quam generaliter significat.

1. Samuel: 25. Non relinquam
mingentem ad parietem, sed omnes
trucidabo.

Pfal: 3. Ego iacui & dormiui, &
euigilauui, q. d. quicquid ago, Domi-
nus semper mecum est.

Pfal. 112. Miseretur & commo-
dat, id est, omnia beneficia liberalitas
tis praestat. Gene. 2. Quocunq; die co-
mederis ex eo, morte morieris, pro-
eris obnoxius morti, & omnis gene-
ris calamitatibus. Marci 16. Praedicate
Euangelium omni creaturae, scilicet,
Legem & Euangelium.

Appendix.

Hæc figura uocatur Synecdoche,
& ualent hic regulæ: pars pro parte
& toto, species pro specie & genere,
res uel factum particulare pro uniu-
uersali. Exemplum unum saepe de
pluribus intelligendum, Ex uno plus
ra iudicanda.

Sententia

XVI.

Sententia specialis nonnunquam
de cognata debet intelligi.

Matth. 5. Si oculus scandalizaue-
rit, erue, id est, si amicus scandaliza-
uerit te, dimitte eum.

Ibidem. Qui uult tunicam tuam
tollere, dimitte ei & pallium, pro, non
esto temere contentiosus, patere alia
quid, quantum quidem citra dispen-
dium potest fieri.

Luca 6. Qui te percusserit in ma-
xillam, præbe illi & alteram, pro, esto
patiens.

Appendix.

Hæc pertinent ad Metonymiam
uel ad Allegoriam. Alias τὸ ἕκτομ, alias
ἢ διάφοια seruatur. Cognatum pro cog-
nato. Alia literaliter, alia spiritualiter.

XVII.

Simplex locutio nonnunquam per
accidens intelligenda est.

Matth.

DE PHRASIBVS.

Matth. 10. Non ueni mittere pacem, sed gladium.

Luca 2. Ecce positus hic est in ruinam & resurrectionem multorum in Israel, & in signum, cui contradicetur.

Rom. 4. Lex operatur iram.

Sic omnia opera hominum sunt mala, scilicet, per accidens ratione personæ, non ratione facti uel operis. In personis non renatis nihil placet Deo.

XVIII.

Locutiones completionum nonnunquam inchoatiue intelligendæ sunt.

Psal. 18. Custodiui uias Domini, id est, fuit in me conatus ille, quod uellem præstare obedientiam aliquam, & coepi præstare.

Luca 11. Beati, qui audiunt uerbum Dei, & custodiunt illud.

Rom. 6. Mortui sumus peccato.

XIX.

Simplex locutio, ut uidetur, nonnunquam

nunquam Allegoricè intelligenda est.

Pfal. 18. Ascendit fumus in indignatione eius, & ignis ab ore eius, qui deuorat, scintillæ exarserunt ab eo, q. d. Deus uehementer irascebatur.

Iesa. 2. Conflabunt gladios suos in uomeres, & lanceas in falces, id est, erit magna pax.

Iesa. 7. Septem mulieres apprehendent uirum unum, id est, erit magna calamitas, & penuria masculorum.

Iohan. 2. Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Loquitur de corpore proprio.

i. Corinth. 5. Epulemur in Azyamis synceritatis & ueritatis, id est, agamus honestè & piè, & uitemus scandala.

Ibidem. Expurgate uetus fermentum, ut sitis noua conspersio, id est, tollite malum de medio uestri, & ueterem Adamum exuite.

D Ibidem.

DE PHRASIBVS

Ibidem. Parum fermenti totam
massam fermentat, id est, unius ex-
emplum facile multos ad imitatio-
nem impellit, & morbida facta pecus
totum corrumpit ouile.

Gal. 6. Qui seminat in carne sua,
ex carne metet corruptionem, id est,
qui carnaliter agit, is peribit.

Appendix.

Hæ locutiones ad Allegorias per-
tinent.

Chryf. Matth. 3. cap. Parabolæ
non sunt ad uerbum exponendæ, ne
multa sequantur absurda.

August. Psal. 8. In omni Allego-
ria hæc regula retinenda, ut pro sen-
tentia præsentis loci consideretur,
quod per similitudinem dicitur.

In prophetis sæpe τὸ ἔκτοσθεν ad δια-
φορῶν transferendum est.

XX.

Simplex locutio nonnunquam narra-
tatiue uel μιμητικῶς debet intelligi.

Gene.

Gene. 20. Nonne ipse dixit mihi,
soror mea ipsa est, & ipsa quoque dixit,
frater meus ipse est, id est, dixit quod
esset soror.

Psal. 2. Dirumpamus uincula eor-
um.

Psal. 75. Ne loquamini in collo
peruerso, quoniam neque ab ortu, neque
ab occasu, neque à sylua.

Colos. 2. Ne tetigeritis, neque gus-
taueritis, neque contrectaueritis.

XXI.

Simplex locutio nonnunquam
Ironice debet intelligi.

Marci 15. Aue Rex Iudæorum.

Ibidem : Saluum fac te metipsum
descendens à cruce.

Iohan. 18. Quid est ueritas ?

XXII.

Interrogandi formulæ nonnun-
quam obiurgandi significationem
continent.

Iere. 2. Quomodo dicis, non sum

D 2 macula

DE PHRASIBVS

maculata, post Baalim non ambulauit.
XXIII.

Interrogandi formulæ in narra-
tionibus simplicium uim continent.

Gene. 37. An non fratres tui pas-
cunt in Sichem?

Iosu; 10. Nonne scriptum est in
hoc libro?

XXIIII.

Mandata negatiua uel prohibitiua
& de affirmatiuis & de negatiuis
intelligenda sunt.

Exo. 20. Non erunt tibi Dñi alie-
ni, non occides, non mœchaberis.

Appendix.

In præceptis negatiuis semper
maior inest Emphasis.

XXV.

Præcepta affirmatiua nonnunquam
distributiue debent intelligi.

Matth. 26. Bibite ex hoc omnes.

2. Timoth. 4. Increpa omni pa-
tientia.

Appendix

Appendix.

Præcepta affirmatiua obligant
semper, sed non per semper.

XXVI.

In Iuramentis nonnunquam Es
clipsis committitur.

Deut. 1. Dominus iratus iurauit
& ait: Si uidebit quispiam de homi
nibus generationis huius pessimæ
&c.

Psal. 95. Si introibunt in requiem
q. d. non uiuam.

Psal. 132. Sicut iurauit Domino
uotum uouit Deo Jacob. Si introiero
in tabernaculum domus meę, si ascen
dero in lectum strati mei. Si dedero
somnia oculis meis, & palpebris
meis dormitationem, & requiem
temporibus meis, donec inueniam
locum Domino.

Ebræ. 6. Nisi benedicens bene
dicam te, & multiplicans multiplica
bo te, scilicet, non uiuam.

DE PHRASIBVS

Appendix.

In talibus Locutionibus nonnulli, Si, pro, Non exponunt.

XXVII.

In compellationibus superiorum nonnunquam tertia persona pro prima, uel secunda persona ponitur per Enallagen personæ.

Gene. 44. Oro Domine audi me, ut loquatur seruus tuus uerbum in auribus tuis.

2. Reg. 9. Tune es Ziba? qui ait seruus tuus.

2. Reg. 14. Loquatur quæso Dominus meus Rex.

Matth. 8. Filius hominis non habet, ubi caput suum reclinet.

Luca 1. Respexit humilitatem ancillæ suæ.

Luca 2. Nunc dimittis seruum tuum Domine.

XXVIII.

In constructionibus uerborum
& nos

& nominum nonnunquam plurale
pro singulari ponitur.

i. Timoth. 2. Mulier saluatur, si
manserint in fide. Chrysoftomus re-
fert uerbum *μείνωσι* ad sobolem, sed
errat in phrasi.

Appendix.

Hæc figura aliàs Enallage, aliàs
Synthesis uocatur.

XXIX.

In constructionibus uerborum
cum infinitiuo nonnunquam prius
uerbum aduerbialiter significat.

Gene. 8. Addidit mittere colum-
bam, pro, iterum misit.

Ibidem: Non addam maledice-
re, pro, non amplius maledicam.

Psal. 33. Benefacite psallendo.

Ioel. 2. Magnificit ad agendum,
pro magnificè egit.

XXX.

In constructionibus uerborum
cum Ablatiuo mediante à, nonnun-

D 4

quam

DE PHRASIBVS.

¶ comparatiui concurrit sententia.
Psal. 51. Laua me, & à niue albescam, pro niue candidior euasurus sum.

XXXI.

In constructionibus uerborum nonnunquam cognatum nomen additur de superfluo per pleonasmum.

Ioel. 3. Somnia somniabunt senes, & iuuenes uisiones uidebunt.

1. Corinth. 2. Oculus non uidit, nec auris audiuit.

XXXII.

In contextu propositionis nonnunquam subiectum postponitur, prædicato præeunte.

Psal. 1. Beatus uir, qui non abiit.

Psal. 5. Sepulchrum patens est guttur eorum.

Psal. 111. Confessio & magnificentia opus eius, q. d. opus eius laudabile & magnificum.

Iohan. 1. Deus erat uerbum.

Iohan.

Iohan. 4. Spiritus est Deus.
Appendix.

Ea figura Hyperbaton uocatur.
Huc pertinet Aristotelis regula
 $\pi\omicron\rho\iota\ \epsilon\sigma\mu\lambda\omega\iota\alpha\varsigma$: Transposita nomina &
uerba idem significant.

XXXIII.

Simplex locutio nonnunquam per
inuerfionem intelligenda est, & uo-
catur hyperbaton.

Samue. 22. Qui quæret animam
meam, quæret & tuam, pro qui tuam
quæret, quæret etiam meam.

Amos 9. Pertinget arans ad mes-
sorem, pro, messor pertinget ad arans-
tem.

Iohan. 10. Oues meæ uocem mes-
am audiunt, pro, audientes uocem
meam sunt oues meæ.

Iohan. 14. Qui diligit me, sermos
nem meum seruat, pro, qui seruat ser-
monem meum, is diligit me.

Appendix.

D 5

In

DE PHRASIBVS

In hoc genere simplex alicubi sensus uerborum retineri potest, sed interim tamen est opus accommodatione uel subsumptione.

XXXIII.

In contextu orationis interdum quod natura præcedit, postponitur, præposito eo, quod sequitur. Ea figura uocatur ὑστέρωσις πρότερον, uel hystero-logia.

Psal. 7. Ecce parturit iniquitatem, & concepit dolorem, & peperit mendacium, q. d. mala machinatus est, sed euentus fuit frustraneus.

XXXV.

In narrationibus nonnunquam personarum confusiones committuntur, & eatenus uel uicissitudines instituendæ sunt, uel ex præcedentibus persona certa repetenda uel extrinsecus sumenda est.

3. Reg. 20. Et egressus est ad eum, & fecit eum ascendere super currum, & dixit

& dixit ad eum, pro, Benhadad egressus est ad Ahab, & Ahab fecit Benhadadum ascendere, & dixit Benhadad. 2. Reg. 4. Et dixit da populo, scilicet, Elisæus, & repetitur ex præcedentibus.

Iere. 10. Lignum de sylua excidit, scilicet, artifex, & oportet extrinsecus sumi.

XXXVI.

In contextu narrationum nonnunquam ordinis confusio committitur, ut partes non debito loco constituantur.

Gen. 1. & 2. De creatione hominis.

1. Reg. 6. Conciderunt ligna plaustris, uaccasq; imposuerunt super ea holocaustum Domino. Leuitæ autem deposuerunt Arcam Domini, pro, Leuitæ deposuerunt Arcam, & conciderunt ligna &c.

2. Paralip. 32. Cumq; ingressus esset domum Dei, filij eius, qui egressi fuerant

DE PHRASIBVS

fuerant de utero eius, interfecerunt eum gladio, saluauitq; Dominus Hezekiam, & habitatores Hierusalem de manu Sennaherib, pro, Deus saluauit Hezekiam, & deinde alter quoque interfectus est,

Appendix.

Hoc genus ad hystorologiam referri, uel per digressiones excusari potest.

XXXVII.

In contextu orationis licitum est, ut à uero cursu digressio fiat, & inter duas extremitates integra quædam sententia interponatur. Ea forma uel parenthesis, uel digressio uocari poterit.

2. Paral. 32. Misit Sennaherib rex Assyriorum seruos suos Hierusalem, (ipse enim cum uniuerso exercitu obsidebat Lachis) ad Hezekiam regem Iuda.

2. Corinth. 12. Scio hominem in Christo

Christo ante annos quatuordecim,
siue in corpore, siue extra corpus ne
scio, Deus scit, raptum huiusmodi ad
tertium coelum.

Gala. 2. Ab his, qui uidebantur
esse aliquid, quales aliquando fuerint
nihil mea interest. Deus enim perso-
nam hominis non accipit. Mihi enim
qui uidebantur esse aliquid, nil con-
tulerunt, sed contra.

XXXVIII.

In parentheticis locutionibus non
nunquam precedens uerbum resumitur,
& uocatur Epanalepsis.

Rom. i. Propter quod tradidit il-
los Deus in desideria cordis eorum
in immundiciam, ut contumelijs affi-
ciant corpora sua in semetipsis. Qui
commutauerunt ueritatem in men-
dacium, & coluerunt & seruiuerunt
creature potius quam creatori, qui est be-
nedictus in secula Amen. Propterea
tradidit illos Deus in passionem igno-
miniae,

Gala.

DE PHRASIBVS

Gala. 2. Cum uidissent, quod creditum est mihi Euangelium præputi, sicut & Petro circumcisionis (Qui enim operatus est Petro in Apostolatam circumcisionis, operatus est & mihi inter gentes) Et cum cognouissent gratiam, quæ data est mihi &c.

XXXIX.

In allegationibus nonnunquam scriptura locorum iudicationibus contenta, formalia uerba non recitat.

Matth. 21. Dicite filiæ Sion. Ecce Rex tuus uenit tibi mansuetus. Textus Zachariæ 9. aliter uerbis ipsis uertitur.

Acto. 7. Abraham exiit de terra Chaldæorum, & habitauit in Charan. Et inde postquam mortuus est pater eius, transtulit illum in terram istam, in qua nunc uos habitatis. Ex historia Chronographi ratiocinantur diuersum.

Ebræ. 6. Nisi benedicens benedicam

SENTENTIARVM. 32

cam te, & multiplicans multiplicabo te, hoc sumptum est ex Geneseos ca. 22. sed ibi textus aliter habet.

XL.

In supputationibus temporis nona nunquam quod completè dicitur, de incompleto debet intelligi.

3. Reg. 15. Octavo decimo anno regni Ierobeam, regnavit Abia tribus annis. Et tamen post dicitur, quòd filius eius coeperit anno 20. Ierobeam.

Matth. 27. Post tres dies resurgam.

Appendix.

Hæc uarietas per Synecdochem excusatur.

Augustinus quæstione 47. super Exodum: Diuina scriptura solet tempora ita nuncupare, ut quod de summa perfectioris numeri paulùm excrecit, aut infra est, non computetur.

XLI.

In supputationibus annorum pa-
eris

DE PHRASIBVS

tris & filij simul administrantium nonnunquam de communi administratione, nonnunquam de propria textus loquitur.

4. Reg. 1. Ioram filius Ahab regnat anno secundo Ioram filij Iosaphat.

Loquitur de administratione filij coniuncta cum patre. Eatenus 18. Iosaphat, & secundus Ioram filij Iosaphat coincidunt.

4. Reg. 3. Ioram filius Ahab regnat 18. anno Iosaphat. Loquitur de administratione patris, prætermisso filio.

4. Reg. 8. Ahasias uiginti duorum annorum erat, cum regnare coepisset, & uno anno regnavit in Hierusalem. Loquitur de tempore, quo coepit cum patre.

2. Paralip. 22. Quadraginta duorum annorum erat Ahasias, cum regnare coepisset. Loquitur de imperio solius Ahasiaë.

In sup

XLII.

In supputationibus regnorum nonnunquam propter maliciam gubernatoris numerus annorum, quibus malè administravit, tacetur.

4. Reg. 8. Ioram 32. annorum cum regnare coepit, & regnavit octo annos. Loquitur de administratione pia. Sed ex ætate Ahasiæ cautè colligendo, manifestum est, annos 20. prætermitti, quos insuper administravit, sed impiè. Textus eius rei est 2. Paral. 22. & 4. Reg. 8.

XLIII.

In supputationibus interregnorum aliquando uocationis anni computantur ad annos eius, qui sequitur.

3. Reg. 16. Anno trigesimo primo Afa regis Iuda regnavit Amri super Israel duodecim annos. Duodecim anni complectuntur interregnum præcedens, cuius erant anni quatuor, per se tantum octo præest.

E

Ibidem.

DE FIGVRIS

Ibidem. Ahab filius Amri regna-
uit super Israel, nempe post mortem
patris anno trigesimo octauo Afa re-
gis Iuda. Hic Ahab, qui pater est, tri-
buuntur octo tantum anni, quia totis-
dem per se sine interregno connu-
merato gubernacula tractauit.

III. CAPVT

DE FIGVRIS

verborum.

CANONES.

I.

Verbum simplex & unicum saepe
per concomitantiam intelligens
dum est.

Psal. i. Beatus uir, qui non abiit,
stetit & sedit. Abire, stare, sedere, pro,
conuersari, consultare, consentire.

Ibidem:

Ibidem: Dominus nouit uiam
iustorum. Nosse, pro, intelligere, ap-
probare, amare & defendere.

Psal. 3. Tu percutis omnes inimicos
meos in maxillam, & dentes pec-
catorum frangis. Percutere in maxilla-
lam, pro, percutere, superare & euer-
tere.

Psal. 7. Iudica me Domine. Ius-
dicare saepe pro cognoscere causam,
ferre sententiam, punire fontes, des-
fendere innoxios, & compensare pro
facto cuiuslibet.

Psal. 15. Moueri, pro, moueri &
simul pessum ire.

Psal. 27. Credo me uisurum boni-
tatem Domini, pro, uisurum &
fruiturum uel percepturum.

Psal. 28. Loqui pacem, pro, esse
blandum, gerere se familiariter.

Psal. 35. Quæ non cognoui, in-
terrogauerunt me, id est, quorum
non eram mihi conscius.

DE FIGVRIS

Pfal. 51. Tibi peccaui, pro, sum peccator & reus simul.

Prouerb. 8. Qui odit sapientiam, amat mortem. Odisse, pro, odisse, turbare, & dissipare.

Prouerb. 13. Qui parcit uirgæ, odit filium.

Matth. 1. Ioseph non cognoscebat uxorem.

Matth. 6. Non potest Deo seruire, & Mammonæ. Seruire Deo complectitur subiectionem, obedientiam, amorem, cultum, inuocationem, gratiarum actionem, confessionem.

Ibidem: Quærere regnum Dei, pro, discere, approbare, amare, colere.

Mar. 16. Qui crediderit & baptisatus fuerit, saluus erit. Credere, pro agnoscere, assentiri, firmiter acquiescere, & totis affectibus adhærescere.

Iohan. 10. Ego cognosco oues meas. Complectitur agnitionem, approbationem, amorem, curam & defensionem.

Iohan.

Iohan. 15. Vos testimonium perhibebitis de me. Testificari complexitur testimonium, laudationem, promulgationem, & promotionem.

2. Corint. 5. Eum, qui non nouerat peccatum, fecit peccatum, id est, qui nullius peccati reus fuit.

Ebrae. 10. Voluntarie peccantibus post acceptam noticiam ueritatis, iam non relinquitur hostia pro peccatis, id est, peccantibus & perseverantibus.

Appendix.

Synecdoches est formula, & similes regulæ sunt, pars pro parte & toto. Ex uno plura intelligenda. Sensus pro fructu uel effectu subsequente. Verba noticiæ apud Ebraeos nonnunquam affectus & actiones noticiam sequentes significant.

II.

Verbum simplex nonnunquam pro alio quodam consequente ponitur, &

E 3 fit

DE FIGVRIS

fit explicatio per consequentis acs
commodationem.

Psal. 1. Non surgent impij in iudis
cium & concilium piorum, q. d. non
consistent, non habebunt locum, non
fruentur communibus Ecclesiae be-
neficijs.

Psal. 5. Non erigunt se stulti in
conspectu oculorum, pro, erigunt
quidem, sed non consistunt.

2. Paral. 25. Veni, uideamus nos
mutuo, pro, decernamus praelio, &
faciamus periculum de uiribus &
fortuna.

4. Reg. 14. Et uiderunt se ipse &
Amasias.

Appendix.

Hæc uarietas uel ad Metonymiã,
uel ad Synecdochen referri potest.

Sic causa pro effectu, prius pro
posteriori, Antecedens pro conse-
quente, dictum pro facto.

III.

Verbum

Verbum simplex & unicum non
nunquam de præcedentibus & præ
senti intelligendum est.

Exodi 20. Vt sis longæuus super
terram, q. d. ut sis fortunatus in rebus
tuis, & ita tandem cum læticia in se
nectute ultima defungaris.

Psal. 5. Mane audies uocem me
am, pro, manè clamabo ad te, & ita au
dies me.

Psal. 27. Sacrificabo in tentorio
eius sacrificia iubili, q. d. restituar in
regnum, & redibo in atrium meum,
tēplumq; Domini, & tunc sacrificabo.

Matth. 19. Non omnes capiunt
istud, sed quibus est datum, pro, qui
sunt eximij. Sic non omnibus est da
tum, pro, non omnes sunt eximij.

Matth. 20. his datur, quibus est pa
ratum à patre, q. d. qui credunt in fis
lium, ihs est præparatum, & ihsdem es
tiam datur.

Appendix.

E 4

Synecs

DE FIGVRIS

Synecdoches est formula, cuius illæ quoque regulæ: consequens pro antecedente & consequente simul, posterius pro priori & posteriori simul, Ex uno plura intelligenda sunt.

IIII.

Verba sensuum & similia non nunquam per translationem uel similitudinem intelligenda sunt per Metaphoram.

Gene. ii. Non audiat uir labium proximi sui, id est, intelligat.

Psal. 10. Dicit in corde, pro, cogitat.

Ibidem. Parturiunt uix eius in omni tempore altitudinem, pro, magna quædam præ se fert. Ita se gerit, ac si magnificum quiddam & eximium prolaturus esset.

Psal. 13. Illumina oculos meos, pro, lætifica & recrea.

Psal. 16. Non dabis sanctum uideri corruptionem, pro, sentire.

Iohan.

Iohan. 8. Abraham uidit diem
meum, uidere, pro, sentire dulcissis-
mos in corde motus, & gaudium con-
scientiæ percipere.

V.

Verba sensuum & affectuum
nonnunquam κατάχρηστικῶς ponuntur.

Exodi 20. Populus uidit uocem
Dei.

Psal. 39. Audi lachrymas meas,
pro, aspice lachrymas, uel audi uo-
cem lachrymantem.

Psal. 145. Oculi omnium sperant
in te Domine. Ebraeum uerbum eo
loco significat infractis oculis intueri.

VI.

Verba actiua nonnunquam per-
missiue significant.

Exod. 10. Indurauit cor Pharaos
nis, pro, fuit indurescere.

Amos 3. Num est malum in ciui-
tate, quod non creem?

Appendix.

E S

Hæc

DE FIGVRIS

Hæc Enallage qualitatis uocatur. Ebraeis hoc ferè fit uirtute coniugationis tertiæ. Huc pertinent & illa: Quædam mediate fiunt, quædam immediate. Mala dependent ex Deo permissiuè, non determinatiuè uel æctiuè. Completiva interdum permissiuè significant. Deus aliàs mediate, aliàs immediate agit. Item, aliàs determinatiuè, aliàs permissiuè agit. Omnes sententiæ, quæ uidentur Deo malas actiones tribuere, permissiuè semper intelligendæ sunt.

VII.

Verbum simplex nonnunquã de declaratione istius actionis intelligendum est.

Exo. 13. Quicquid habueris masculini sexus, consecrabis Domino, pro, pronuntiabis sacrum esse Domino.

Iesa. 6. Impingua cor populi huius, pro, publicè clama impinguatum esse.

Iere.

Iere. 1. Præfeci te super gentes ad euellendum, destruendum, dissipandum &c. pro, ut declamites de regnorum futura distractione.

Rom. 5. Lex subintravit, ut abundaret peccatum, pro, ut declaret abundare peccatum.

1. Corinth. 15. Cum filius tradiderit regnum patri, pro, cum declarauerit regnum ministerij cessasse.

Phil. 2. Cum timore ac tremore uestram ipsorum salutem operemini.

Appendix.

Huc pertinent, Actio pro declaratione actionis, factum pro dicto, ut uocat Linacer lib. 2. in fine. Theologi explicant hoc de gladio Spiritus sancti, quod est uerbum Dei.

VIII.

Geminationes uerborum, ut plurimum de amplificatione intelligenda sunt.

Gen. 6. Et fecit Noah iuxta omnia, quæ

DE FIGVRIS

quæ præceperat Deus ipsi, sic fecit.

Gen. 16. Multiplicando multiplicabo semen suum.

Exo. 12. Fecerunt omnes filij Israel, sicut præcepit Dominus Mosi & Aharoni, sic fecerunt.

Deut. 11. Custodiendo custodietis.

Psal. 115. Dominus recordetur mei, benedicat, benedicat domui Israel.

Appendix.

Ea Repetitio uocatur & exponitur per ualde uel diligenter. Tale est & illud: Bis dictum, magis dicitur.

IX.

Verba substantiua nonnunquam reputatiue debent intelligi.

Psal. 51. Vt sis iustus, cum iudicaris, pro, agnoscaris aut uidearis esse iustus.

3. Reg. 1. Ego & Salomo filius tuus erimus peccatores, pro, habebimur quasi καθάρματα ἢ πρῖψήματα, & erimus contempti.

1. Corint.

1. Corinth. 15. Quando ei subiecta fuerint omnia, tunc ipse quoque filius erit subiectus patri, pro, tunc uidebunt patres, quomodo sit subiectus, tunc agnosceatur subiectus. Ita de ostensiva subiectione locus intelligitur, quia sequitur, ut sit Deus omnia in omnibus, q. d. ut omnes intelligant maiestatem Dei. Vel est phrasis, tunc cessabit regnum filij Dei, consistens in ministerio externo, & mutabitur in regnum coeleste carens ministerio externo.

X.

Preteritum & futurum nonnunquam habitualiter significant, & sic explicatio uel per uerbum substantiuum, uel solet, uel uult, uel debet, uel potest.

Exodi 16. Quod pinsetis, pinsite, quod coquetis, coquite, pro, quod uultis pinsere.

Deut. 1. Et persecuti sunt nos, sicut facient apes, id est, solent facere apes.
1. Reg.

DE FIGVRIS

1. Reg. 21. Si accipies eum, accipe,
pro, si uis accipere.

1. Reg. 3. Populus est multus, non
numerabitur præ multitudine, id est,
non potest numerari.

4. Reg. 3. Et accepit filium eius,
qui pro eo regnabit, & sacrificauit
eum, pro, regnare debebat.

Psal. 1. Abijt, stetit, sedit, medita-
tur, pro, consuevit hæc facere, & facit
ut plurimum.

Psal. 3. Percussisti omnes inimic-
cos meos in maxillam, pro, soles hoc
facere, uel facis ut plurimum.

Psal. 17. Probasti cor meum, uisita-
sti nocte, examinasti me, non inue-
nisti, cogitavi ne transgrediatur os
meum, pro, soles facere.

Psal. 22. Numerabo omnia ossa
mea, pro, possem numerare.

Psal. 32. Docebo te uiam, quam
ibis, q. d. qua ire debeas.

Psal. 51. Tibi, tibi tantum peccaui,
pro, sum peccator & reus. Psal.

Pfal. 112. Dispersit, dedit pauperibus, pro, solet dispergere & dare.

Matth. 10. Qui inuenerit animam suam, perdet eam, pro, qui uult inuenire.

Gala. 5. Qui in lege iustificamini, gratia excidistis, pro, uultis iustificari.

Appendix.

Figuratum id est per Enallagen.

XI.

Præteritum Ebræorum pro tribus satisfacit, nempe Imperfecto, perfecto & plusquamperfecto.

Gene. 21. Et Dominus uisitauit Saram, pro, uisitabat.

Ionæ 1. Et Ionas descendit, pro, descenderat.

XII.

Præteritum nonnunquam de præsentis intelligitur, uel & se & præsens simul significat.

Pfal. 22. Quoniam circumdederunt me canes, pro, nunc circumdant, uel

DE FIGVRIS

uel circundederunt, & adhuc circun-
dant.

Pfal. 25. Mi Deus in te confisus
sum, q. d. confido.

Appendix generalis.

In hac temporum Enallage sem-
per præcedentium & sequentium est
habenda ratio, Idem ualet etiam in se-
quentibus.

XIII.

Præteritum aliquando de futuro
intelligendum est.

Deut. 22. Si erit puella uirgo des-
ponsata uiro, & inuenit eam uir in
ciuitate, & iacuit, ipse morietur solus.

Iesa. 9. Puer natus est nobis, & filius
datus est, pro, nascetur & dabitur.

Iesa. 60. Venit lux tua, & gloria
Domini super te orta est.

Appendix.

Grammatici per Enallagen teme-
poris excusant, Et Theologi addunt
in prophetijs hoc certitudinis gratia
fieri.

Proa

Propheticae praedictiones tam sunt
certae, quam uel ipsae res praeteritae.
Prophetae de futuris praedicentes ita
loquuntur, ac si oculis coram cerne-
rent, sicut mente uel cogitationibus
intuentur. Augustinus de sermone
domini in monte Lib. 1. & Epist. 80.
Prophetae figura praeteriti temporis
ea, quae uentura erant, saepe cecine-
runt, quod & Apostoli etiam faciunt.

XIII.

Praeteritum aliquando pro Imper-
ratiuo ponitur.

Psal. 22. Salua me ab ore Leonis,
& a cornibus unicornium exaudi
me. Ebraeus habet exaudisti.

Psal. 25. Propter nomen tuum
Domine etiam propitius esto iniqui-
tati meae. Ebraeus habet propitius fu-
isti.

XV.

Futurum aliquando praesentis sig-
nificas

DE FIGVRIS

gnificationem habet, uel pro praesenti
& seipso simul ponitur.

Pfal. 3. Non timebo à decem mila
libus populi, q. d. nec nunc timeo, nec
in posterum timebo.

Pfal. 22. Mi Domine clamabo de
die, & non exaudies, pro, clamo &
non exaudis.

XVI.

Futurum nonnunquam pro praes
terito ponitur.

Gen. 28. Et mittit Isaac Iacob &
ibit, pro, mittebat & ibat.

Pfal. 21. Magna gloria eius pro
pter salutem tuam, & decorem pones
super eum, pro, posuisti.

Pfal. 23. In pascuis germinantibus
fecit accubare me. Ebraeus habet, facis
et.

XVII.

Futurum pro imperatiuo saepissimè
me usurpatur.

Gen. 41. Faciet Pharaon & con
stituet

stituet præpositos, pro, faciat & constituat.

Pfal. 4. Irascimini & non peccabitis, pro, nolite peccare.

Pfal. 6. Domine non in furore tuo argues me, pro, argue.

Appendix.

Hæc Enallage Ebræis excusationem habet, ex eo, quòd ij uel extremis Imperatiui personis careant, uel earum formationem cum futuro communem habeant.

XVIII.

Futurum nonnunquam pro Optatiuo ponitur.

Canti. 1. Osculabitur me osculo oris, pro, utinam osculetur me, Interpretis habet osculor.

XIX.

Dare nonnunquam pro permittere ponitur.

1. Reg. 18. Non dedit eum reuerti in domum patris sui.

F 2

Rom,

DE FIGVRIS

Rom. i. Dedit eos in reprobum sensum, pro, permisit degenerare in reprobum sensum.

XX.

Verba ponendi & dandi uarijs modis, pro, facere, efficere uel similibus usurpantur.

Psal. 18. Posuit tenebras latibulum suum, pro, fecit.

Psal. 21. Desiderium cordis eius dedisti ei, pro, perfecisti.

XXI.

Verbum inueniendi nonnunquam pro consequi, potiri uel euenire ponitur.

Iosu. 2. Narrauerunt omnia quae inuenerant eos, id est, euenerant eis.

Psal. 116. Circumdederunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me.

Ibidem. Tribulationem & dolorem inueni.

Lucae

Lucae 1. Inuenisti gratiam apud
Dominum.

Rom. 4. Quid ergo dicemus in-
uenisse Abraham secundum carnem?

XXII.

Ebraeorum simplicia uerba pro
simplicibus & compositis latinorum
satisfaciunt. Sic uocare, pro, inuocare.

Ioel. 2. Omnis qui inuocauerit
nomen Domini saluus erit. Ebraeus
habet uocauerit uel uocat. Hac de cau-
sa lapsus est interpres in Gene. cap.
48. Inuocetur nomen meum super
illos. Et Iesa. 4. Inuocetur nomen tu-
um super nos.

III. CAPVT

DE FIGVRIS

nominum.

CANONES.

I.

F 3

Substan

DE FIGVRIS

SVBstantiua nonnunquam secundum concomitantiam intelligenda sunt per Synecdochen.

Psal. i. Dominus nouit uiam iustorum, uia pro ipsa uia, conuersatione, & actionibus, uel eo, quod fit in uia uitæ.

Psal. ii. Amator iniuriæ, pro eo, qui & amat & facit ut plurimum.

Psal. 146. Facit iudicium iniuriarum patientibus. Iudicium pro cognitione causæ, declaratione sententiæ, defensione pauperum & hostium supplicio uel ultione.

Prouerb. 19. Parata sunt derisoribus iudicia. Intelligatur cum de cæteris, tum de pœnis & supplicijs.

Iesa. 53. Seruus meus noticia sui iustificabit multos, id est, noticia, assensu & firma fiducia.

Iere. 26. Iudicium mortis est uiro huic, id est, pœna capitali puniendus est.

Lucæ

Lucae i. Gloria in excelsis Deo.
Gloria hinc complectitur agnitionem,
confessionem, celebrationem, inuoca-
tionem, gratiarum actionem.

Iohan. 3. Hoc est iudicium, q. d.
hæc est causa condemnationis, uel
ipsa condemnatio.

Iohan. 20. Dicit eis, pax uobis,
Pax pro pace, foelicitate & omnibus
alijs bonis.

II.

Substantiua nonnunquam secun-
dum translationem uel similitudinem
quandam intelligenda sunt per Me-
taphoram.

Psal. 7. Aethyops, pro pessimo.

Psal. 17. Concludunt adipem, q. d.
colligunt uires & potentiam. Adeps
pro potentia, uiribus, plenitudine &
abundantia.

Psal. 23. Etiam quando ambulo
in ualle tenebrarum, non timebo ma-
lum, Vallis, pro ipsa profunditate, &
F 4 tenebræ,

DE FIGVRIS

tenebræ, pro mœsticia, alibi pro ignorantia.

Prouerb. 8. Qui me inuenit, inuenit uitam. Vita pro fœlicitate.

Iesa. 66. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, pro morsus conscientia.

Tobia 12. Eleemosyna liberat à morte. Mors pro infœlicitate & calamitatibus.

Matth. 16. Cauete uobis à fermento Pharisaeorum & Saducaeorum. Fermentum pro corruptelis doctrinae & prauis opinionibus, sicut continuo sequitur in textu.

Ioh. 8. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ. Tenebræ aliàs pro ignorantia. Lumen aliàs pro cognitione uel peritia, aliàs pro consolatione.

Rom. 8. Si Christus est in uobis, corpus mortuum est propter peccatum, Spiritus autem uita propter iusticiam.

sticiam. Corpus pro uetere Adamo
uel corrupta natura, Spiritus pro nouo
Adamo uel renato.

Appendix.

Huic similes illæ: Res corporalis
pro incorporea. Simile pro simili, Abs-
oluta pro relatiuis.

III.

Consequens nonnunquam pro ante-
cedente ponitur.

Iesa. 53. Quis credit auditui nos-
tro, id est, uoci.

Habac. 3. Domine audiui audis-
tionem tuam, id est, uocem.

IIII.

Nomina substantiua, quatenus
relatiua sunt, nonnunquam uel correlati-
ue, uel secundum formale debent in-
telligi.

Fide sumus iusti, pro, misericor-
dia, quam apprehendimus fide.

Homines renati sunt sine pecca-
to, pro, reatu uel condemnatione.

F 5

Sub

DE FIGVRIS

V.

Substantiua nonnunquam secundum opinionem, agnitionem, uel similem eius substantiui actionem intelligenda sunt.

Rom. 4. Lex iram operatur, pro, agnitio de natura legis uel accusatio.

Rom. 7. Ego sine lege uiuebam, pro, sine agnitione naturæ legis, sine sensu accusationis & cōdemnationis.

VI.

Substantiua nonnunquam secundum finem uel usum externum intelligenda sunt.

Psal. 2. Reges eos sceptro ferreo, pro, imperio duriori.

Psal. 3. Dentes peccatorum frangis, pro, fremitum & minas.

Psal. 7. Si est iniquitas in manibus meis, pro, factis, uel si malè machinatus sum, & Sauli præripui regnum.

Psal. 16. Funes ceciderunt mihi in præclaris,

præclaris, funis pro sorte, quasi dicat,
Sors præclara mihi contigit.

Pfal. 17. A facie impij, pro, ira uel
furore.

Pfal. 24. Leuate portæ capita ue-
stra, Eleuamini portæ sæculi, pro, in-
colæ ciuitatum.

Pfal. 110. De torrente in uia bibet,
Torrens pro afflictionibus.

Pfal. 116. Calicem salutis accipiam,
pro, demensum afflictionum, quæ
profunt ad salutem uel emendatio-
nem.

Matth. 16. Tibi dabo claues regni
cœlorum, pro, potestatem.

Iohan. 3. Nisi quis renatus fuerit
ex aqua, pro, Baptismo.

Appendix.

Metonymiæ sunt hæ locutiones.
Sic signum pro signato. Continens
pro contento, Materia pro materiato,
Locus pro locato.

VII.

Substantiæ

DE FIGVRIS

Substantiua partis nonnunq̄ de toto sunt intelligenda, per Synecdochen.

Gene. 45. Intrauit Iacob in Aegyptum cum animabus septuaginta.

Pfal. 3. Exaltans caput meum, pro, me.

Pfal. 7. Scrutans corda & renes.

Pfal. 18. Occupauerunt me in die interitus mei, pro, in tempore.

Pfal. 25. Anima eius in bono commorabitur, id est, ipse.

VIII.

Nomen totius sæpe pro parte ponitur.

Iohan. 20. Tulerunt Dominum meum, & nescio ubi posuerunt. Dominus pro solo corpore Domini.

IX.

Substantiua nomina sub statu prædicationis alijs attributa nonnunq̄ uel adiectiue, uel Metaphorice, uel effectiue significant.

Pfal.

Pfal. 3. Dominus est gloria mea,
pro, glorificator meus, uel glorificans
me.

Pfal. iii. Confessio & magnificen-
tia opus eius, pro, opera eius sunt laus-
dabilia & plena magnificentia.

Pfal. ii5. Simulachra gentium, ar-
gentum & aurum, id est, sunt argen-
tea & aurea.

Lucæ 16. Quicquid est altum hos-
minibus, abominatio est ante Deum.

Iohan. 14. Ego sum uia, ueritas &
uita, pro, docens uel monstrans uia-
am, ueritatem & uitam.

Iohan. 17. Hæc est uita æterna, ut
cognoscant te solum Deum uerum,
pro, hæc est causa uitæ æternæ.

1. Corin. i. Christus factus est nos-
bis sapientia, iusticia, sanctificatio &
redemptio.

1. Corin. 5. Expurgate uetus fers-
mentum, ut sitis noua conspersio.

2. Corin. 5. Ut nos essemus iusticia
Dei

DE FIGVRIS

cia Dei in ipso, pro, ut nos essemus iusti apud Deum, in, uel, per ipsum.

Deus est iusticia, pro, iustus uel iustificans.

Christus est λόγος, pro λέγων, nempe loquens cum patribus.

Christus est agnus, pro, similis agno, propter oblationem.

Christus est spes mea, pro, faciens me sperare.

Spiritus sanctus est columba, pro, columbæ similis, uel sub eius specie apparens.

Spiritus sanctus est donum, pro, similis dono uel quiddam donatum.

Iohannes est Elias, pro, similis ei ex officio.

Iohannes est Angelus, pro, nuncius uel similis Angelo: Matth. ii.

Appendix.

Hæc figurantur Metaphora, Synecdoche, Enallage partium, Enallage qualitatis, Metonymia. Huc pertinet:

net: Abstractum nonnunquam pro concreto ponitur. X.

Substantiua nomina sub statu regiminis nonnunquam uim adiectiuorum induunt.

Gen. 23. In electione sepulchrorum nostrorum sepeli mortuum tuum, pro, in electis, uel, praecipui nominis sepulchris.

Psal. 1. Beatitudines uiri, pro, beatus uir.

Psal. 30. Confitemini memoriae sanctitatis, pro, memorabili sanctitati.

Psal. 145. Gloriam magnificentiae regni tui narrabo, pro, gloriosum & magnificum regnum tuum, uel, gloriosam magnificentiam in regno tuo.

Matth. 24. Cum uideritis abominationem desolationis, pro abominabili desolatione.

Rom. 9. Israel sectans legem iusticiae, ad legem iusticiae non peruenit, pro, legalem iusticiam.

I. Corinth.

DE FIGVRIS

1. Corin. 1. Placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes.

Ephe. 1. Notum facit nobis Sacramentum uoluntatis suæ, pro, sacram uoluntatem suam.

Colos. 1. Nunc manifestatum est mysterium sanctitatis eius, quibus uoluit notas facere diuitias gloriæ Sacramenti huius in Gentibus, quod est Christus, id est, diues & gloriosum mysterium.

XI.

In substantiuorum constructione, nonnunquã id, quod genitiuo casu ponitur, uim adiectiui continet, & resoluitur per adiectiuum, uel phrasin æquipollentem.

1. Reg. 7. Agnus lactis, pro, lactens.

2. Reg. 22. A uiro iniuriarum liberabis me.

Psal. 36. Melius est parum iusti, quàm

quàm opulencia impiorum multorum, id est, multa.

Pfal. 76. Magnificentior montibus prædæ, id est, montibus prædatorum, q. d. munitionibus prædatorum in montibus.

Iesa. 2. In ista die proijciet homo Idola argenti sui & simulachra auri sui.

Matth. 5. Gehenna ignis, pro Gehenna ardens, uel Gehennalis ignis.

Lucæ 1. Per uiscera misericordiæ, quasi dicat, cor misericors.

Lucæ 16. Mammon iniquitatis.

Ibidem. Oeconomus iniusticiæ, pro, Oeconomus iniustus.

Rom. 7. Quis me liberabit de corpore mortis huius? quasi dicat, de hoc corpore mortali.

Gal. 3. Ut promissionem Spiritus per fidem acciperemus, pro, Spiritum promissum.

XII.

G

Subs

DE FIGVRIS

Substantiua nomina extra casum
prædicationis & regiminis, nonnun-
quam pro adiectiuis uel concretis æ-
quipollentibus usurpantur, per Enal-
lagen qualitatis.

Gene. 1. Fiat lux, id est, omnes luz-
cidæ substantiæ.

Gen. 12. Eris benedictio, id est,
benedictus.

Psal. 6. Non est in morte, qui me-
mor sit tui, pro, inter mortuos.

Psal. 12. Vilitates in filiis homi-
num, pro, uiles homines.

Psal. 16. Exultat gloria mea, pro,
quicquid est in me gloriosum.

Psal. 17. Audi Domine iusticiam,
pro, id, quod est iustum.

Psal. 22. uel 21. Habitator laudum
Israel, pro, laudabilium in Israel.

Psal. 30. Mea gloria cantabit tibi,
pro, quicquid est in me gloriosum.

Psal. 68. Cepisti captiuitatem, id
est, captiuos abduxisti.

Psal.

Pfal. 112. Generatio rectorum benedicetur, pro, filij.

Pfal. 116. Conuertere anima in requiem tuam. Requies pro eo, qui dat requiem. Quanq̄ hæc locutio potest etiam iuxta nuda uerba intelligi.

Amos 3. Nescientes facere rectum, thesaurifantes iniuriam & uolentiam in ædibus suis, pro, opes iniustas.

Rom. 1. Veritatem commutarunt in mendacium, id est, uerum cultum uel doctrinam, in falsum.

Ephes. 4. Captiuam duxit captiuitatem, id est, captiuos abduxit, captiuatos scilicet à Diabolo.

In cantico Ecclesiæ: Coeli enarrant gloriam Dei filij uerbi incarnati, facti de terra coeli, q. d. Coelestes enarrant gloriam Dei, qui est uerbum incarnatum. Coelestes inquam facti de terrestribus. Coelestes, id est, Apostoli. Ita Psalmi dictum accomodant ad Apostolos,

DE FIGVRIS

XIII.

Abstracta simplicia nonnunquam uerbalium loco ponuntur.

Rom. 3. Omnes egent gloria Dei, pro, glorificatione.

Rom. 5. Gloriamur in spe gloriae filiorum Dei, pro, in spe futurae glorificationis, quae continget filiis Dei.

XIIII.

Verbalia nomina aliam actiue, aliam passiuè significant.

Psal. III. Initium sapientiae timor Domini, passiuè.

Iesa. 42. Gloriam meam alteri non dabo, q. d. uel qua ego glorior, uel qua commendor.

Iesa. 53. In scientia uel noticia sua iustificabit multos. Passiuè, nempe in agnitione sui.

Lucae 2. Gloria in excelsis Deo. Passiuè, qua ipse celebratur.

Ibidem. Timuerunt timore magno, actiue.

XV.

Nomen

Nomen unius sæpe pro toto cœs-
tu ponitur, ac eatenus singulare plus-
raliter explicabitur.

Exo. 8. Venit musca grauissima.

Num. 21. Ora ad Dominum, &
auferet à nobis serpentem.

Psal. 9. Perdidisti impium, & nos
men eorum deleuisti.

Ibidem. Surge Domine, ne præ-
ualeat homo.

Ibidem. Intelligent, quòd homo
ipsi.

Psal. 12. Deficit pius.

Psal. 39. Vniuersa uanitas omnis
homo.

Phil. 4. Salutate omnem sanctum
in Christo Iesu.

1. Timoth. 2. Mulier saluatur per
filiorem generationem, si manserint
in fide.

Appendix.

Hæc formula Syntacticè reduci
potest ad Enallagen numeri. Huic si-

G 3

milis

DE FIGVRIS

milis est ista regula . In speciebus animalium singulare pro plurali.

August. 5. de Gene. ad literam cap. 10. Sacra scriptura singularem numerum pro plurali ponit.

Hierony: contra Iouianum lib. 2. Scriptura diuina solet & unum pluraliter, & plura singulariter appellare,

XVI.

Nomina cognationis nonnunquam generaliter capiuntur. Frater pro amico, Pater pro maioribus, Socius pro proximo.

Honora parentes, pro, omnes superiores.

XVII.

Nomen personæ nonnunquam pro officio, doctrina, uel administratione ponitur.

1. Corinth. 3. Fundamentum est Dominus noster Iesus Christus, id est, doctrina de Christo.

1. Ioh. 2. Quis est mendax, nisi is, qui

qui negat, quoniam Iesus non est
Christus, id est quod doctrina de Iesu
non sit uera de uero Messia doctrina.

Appendix.

Est Metonymia. Autor pro ope-
re, persona pro re ponitur.

XVIII.

Sexus masculinus nonnunquam
denotat utrunq̃.

Psal. 1. Beatus uir, qui non abiit
in consilium impiorum, uir pro ho-
mine.

XIX.

Substantiuum nonnunquam ad-
uerbialiter significat.

Deut. 1. Iudicate iusticiam, pro,
iuste.

Psal. 75. Ego iusticias iudicabo,
pro, iudicabo iuste.

Iohan. 8. Principium quod & lo-
quor uobis, id est, iam à principio de
hoc locutus sum, & tamen adhuc in-
terrogatis.

XX.

G 4

Des

DE FIGVRIS

Descriptio rei nonnunquam pro
re ipsa ponitur, per periphrasin.

Psal. 2. Vas figuli, pro, olla &c.
XXI.

Substantiuum nomen mediante
præpositione de, uel in, substantiuo
coniunctum, nonnunquam adiecti-
ue significat.

Psal. 10. Homo de terra, pro homo
terrestris.

Psal. 16. Non libo libamina eor-
um de sanguine, q. d. non sum par-
ticeps de cultu eorum, de libaminibus
sanguineis.

Psal. 51. Dilexisti ueritatem in oc-
cultis, & in abscondito sapientiam
docuisti me, q. d. occultam & abscon-
ditam.

Appendix.

Simile quid traditur in præposi-
tionibus. XXII.

In substantiuorum locutionibus,
interdum genitiuus uno loco positus
uim

uim suam spargit in antecedentia uel consequentia.

Psal. 1. Non surgent impij in iudicium, neq; peccatores in concilium iustorum, quasi dicat, in iudicium & concilium iustorum.

XXIII.

Copulatio duorum substantiuorum secundum statum regiminis non nunquam de posteriori tantum intelligitur. Estq; periphrasis.

Deut. 13. Percuties habitatores urbis illius in ore gladij, pro, gladio.

Iosu. 2. Exiccavit aquas maris rubri, id est, mare rubrum.

Psal. 4. Filij hominum, pro, homines.

Psal. 20. Protegat te nomen Dei Iacob, pro, Deus ipse.

Iesa. 3. Auferet fulcrum panis & fulcrum aquæ, pro, panem & aquam.

Lucæ 21. Virtutes cœlorum mouebuntur, pro, cœlum ipsum.

G 5 Appenz

DE FIGVRIS

Appendix.

Tales locutiones sunt etiam in
Græco sermone, ἕως ἀχαιῶν apud Ho-
merum. Et Iliad: ὄ, τέλῳ δῶνά τοιο, bis
Et Iliad: ἀινείαο βίη.

XXIII.

Geminationes substantiuorum
nonnunquā Emphasin uel exaggeras-
tionem aliquam significant.

Pfal. 133. Sicut unguentum in
capite, quod descendit in barbam,
barbam Aaron, pro, circumquaq; in
barbam.

Iere. 7. Templum Domini, tem-
plum Domini, templum Domini est.

Lucæ 6. Quid uocatis me Domi-
ne, Domine, & non facitis, quæ dico?

XXV.

Geminationes substantiuorum
nonnunquam uel distributiue uel
collectiue significant.

Gen. 14. Vallis erat putei, putei,
pro, erant ibi multi putei, uel nihil
erat, nisi putei, Gen.

Gen. 32. Dedit in manus seruorum suorum greges, greges, id est singulis singulos greges.

Leuit. 17. Vir uir, pro, singuli.

Num. 17. Accipe tribus tribus, pro, singulas tribus.

1. Reg. 1. Sic faciebat in anno & anno, pro, singulis annis.

Psal. 10. Rex sæculi & sæculi, pro, cuiuslibet sæculi, & sic in perpetuum, uel omnium sæculorum.

Psal. 12. In corde & corde loquentur, pro, non eodem animi affectu sed aliàs alio uel diuerso.

Psal. 89. In generatione & generatione annunciabo ueritatem tuam ore meo.

Marci 6. Secundum contubernium, contubernium, id est, distributis conuiujs, ut Erasmus interpretatur.

Appendix

Hæc geminatio aliàs fit intercedente

DE FIGVRIS

dente copula, aliàs sine. In Germanis
mis similis forma deprehenditur.

XXVI.

Geminatio substantiuorum cum
statu regiminis de excellentia debet
intelligi. Sancta sanctorum pro, summa
mum sanctorum. Sæculum sæculi.

XXVII.

Adiectiuum nonnunquam pro
substantiuo ponitur.

Matth. 20. Filius hominis uenit
dare animam suam redemptionem
pro multis, q. d. pro tota multitudi
ne, pro omni populo.

Ibidem. Multi sunt uocati, pauci
uero electi, id est, tota multitudo, uel,
omnes.

Matth. 26. Hic est sanguis meus
noui Testamenti, qui pro multis ef
funditur in remissionem peccatorum,
id est, pro tota multitudine, uel pro
omnibus, sicut alius textus habet.

Rom. 5. Vnius delicto multi mor
tui

tui sunt, id est, tota multitudo uel omnes.

Appendix.

Est Enallage qualitatis, aliàs sic loquimur: Concretum pro abstracto ponitur.

August. contra Iulianum lib. 6. cap. 12. Omnes pro multis, & multi pro omnibus frequenter in sacris ponuntur.

Sic apud Thucydidem, πολλοί pro πολλῶν. Sic στρατωνόν pro toto exercitu.

XXVIII.

Adiectiuum interdum ratione subintellecti pro substantiuo ponitur.

Gen. 1. Apparet arida, pro, terra.

Psal. 66. Qui conuertit mare in aridam, id est, terram.

XXIX.

Nomina numeralia nonnunquam indeterminatè significant.

Psal. 3. Non timeo à decem millibus populi, pro, magna multitudine.

Psal. 12. Argentum purgatum septus

DE FIGVRIS

septuplum, pro, sapius uel sapissimè
Psal. 119. Septies in die laudem dixi.
Iesa. 4. Septem mulieres apprehens
dent unum uirum.

Miche. 5. Paruulus es in millibus
Iuda, id est, in tanta multitudine ciui
tatum Iuda.

Appendix.

Huic similes: Numerus finitus pro
infinito. Numerus certus pro incerto.

XXX.

Vniuersalis particula nonnunq̃
particulariter, distributiue, uel secun
dum restrictionem intelligenda est.

Gene. 6. Omnis caro corruperat
uiam suam, scilicet, humana.

Matth. 3. Decet nos implere om
nem iusticiam, scilicet, tu tuam, ego
meam, & ita quilibet suam iusticiam,
uel uocationem implebit.

Marci 1. Omnis ciuitas erat con
gregata ad ianuam.

Marci

Marci 6. Prædicate Euangelium
omni creaturæ, scilicet, humanæ.

Iohan. 1. Illuminat omnem homi-
nem uenientem in hunc mundum,
pro, aliquos uel quotquot eorum illu-
minantur.

Ibid. De plenitudine eius omnes
accepimus, scilicet, quotquot sumus
sanctificati per Christum, uel potest
restringi ad auditores Christi.

Iohan. 15. Sine me nihil potestis
facere, scilicet, nihil eorum, quæ sunt
in uerbo Dei mandata.

1. Timo. 2. Deus uult omnes sal-
uos fieri, scilicet, quantum in ipso est.

Omne animal fuit in arca Noah,
pro, cuiuslibet speciei par unum.

Omnis Hierosolyma exibat ad
Iohannem, pro, multi.

Appendix.

Hæc figura aliàs Synecdoche, aliàs
Ectasis uocatur. Vniuersalis particu-
la nihil eorum, quæ sunt eius ordinis,
excludit.

DE FIGVRIS

excludit. Vniuersales particulae aliae sunt in genere uniuersales, aliae in specie. In genere: ut, omnes puri homines sunt peccatores. In specie, ut, omnes illuminantur, scilicet, qui sunt in Ecclesia. Augustinus contra Iulianum, lib. 6. cap. 12. Omnes pro multis, & multi pro omnibus frequenter in sacris literis ponuntur.

Hieronymus in 5. commentario in Iesaiam. Idioma est sacrae scripturae, ut omnem terram illius significet prouinciae, de qua sermo est, quod quidam non intelligentes ad totum terrarum orbem trahunt. Huc pertinent illa: Vocabulum omnis nonnunquam aliquid totum in toto significat, ut, omnis essentia diuina est pater, pro, in toto patre est essentia diuina. Item, Omnis, Nullus, Quilibet, & orationes indefinitae uniuersalibus comparandae nunquam latius porriguntur, quam iuris & aequitatis ratio permit

permittit, ff de noui operis nunciat.
l. in prouinciali in § finali, & ibi
glos. in uerbo omnes.

XXXI.

Positiuus nonnunquam compara-
tatiue debet intelligi.

Matth. 26. Bonum erat ei, si na-
tus non fuisset.

Matth. 9. Bonum est tibi intrare
claudum in uitam æternam, quàm
duos pedes habentem proijci in Ge-
hennam ignis inextinguibilis.

XXXII.

Positiuus nonnunquam super-
latiue significat.

Gen. 42. Paruus iam cum patre
est, pro, minimus.

XXXIII.

Adiectiua nonnunquam aduers-
bialiter explicanda sunt.

Psal. 12. Linguam loquentem ma-
gnifica, ferè commodius, magnificè.

XXXIII.

H

Pluralis

DE FIGVRIS

Pluralis numerus sæpe pro uno è pluribus distributiue ponitur.

Iudic. 12. Sepultus est in ciuitatibus Gilead, pro, in una ciuitatum Gilead.

Psal. 1. Sicut arbor plantata ad riuos aquarum, pro, ad unum aliquem riuum.

Zach. 9. Super pullum filium asinarum, pro, unius asinarum.

Matth. 2. Mortui sunt qui quærebant animam pueri, id est, Herodes est mortuus.

XXXV.

Geminationes adiectiuorum ut plurimum superlatiui uim continent.

Iere. 24. Ficus bonas bonas ualde, & malas malas ualde.

XXXVI.

Geminationes numeralium ut plurimum, uel distributiue, uel collectiue significant.

Gen. 7. Ex omnibus animantibus

bus

bus mundis tolle septem & septem,
id est, septena.

Ibidem: Duo & duo ingressa sunt
in arcam, id est, bina.

XXXVII.

Triplicationes adiectiuorum ex
cellentiam superlationis significant.

Iesa. 6. Sanctus, sanctus, sanctus,
Dominus Deus exercituum.

XXXVIII.

Interrogatio per quis saepe pro
uoto uel optatiue ponitur.

Psal. 14. Quis dabit de Zion sa
lutem Israëlis? q. d. utinam daretur
salus Israëlis.

2. Reg. 18. Absolon fili mi, quis
mihi dabit, ut ego pro te moriar? q. d.
utinam pro te mortuus fuisset.

XXXIX.

Vnum non, ad unum, non etiam
unum, pro uniuersalibus usurpantur.

Psal. 14. Non est, qui faciat bon
num, non est etiam unus.

H 2

Psal.

DE FIGVRIS

Psal. 34. Vnum ex his non con-
teretur.

Psal. 53. Non est qui faciat bon-
num, non est etiam unus.

XLXX

Vocabulum veritatis subiectum
sive coniunctum alij substantiuo me-
diante copula, uel concrete ponitur,
uel ueram doctrinam significat.

Prouer. 3. Misericordia & ueritas
non deserent te, id est, uera miseri-
cordia.

Iohan. 1. Plenum gratiæ & ueri-
tatis, q. d. uel ueræ gratiæ, uel gratiæ
& ueræ doctrinæ.

Ibidem: Lex per Moisen data est,
Gratia & ueritas per Christum, quasi
dicat, non umbratica, sed uera gratia,
quæ est æterna, & in qua est cumulus
bonorum omnium, qui datur in uita
æterna.

Appendix.

Eadem forma potest etiam distri-
butiue

butiuè intelligi. Aliàs Endyadis, aliàs
 resolutio adiectiui & substantiui uo-
 catur. Sic Lucanus in 6. Chalybem fre-
 nosq; momordit, id est, frena chaly-
 bea: Vergil: 2. Georg. Pateris libas
 mus & auro, id est, pateris aureis. 3.
 Georg: Nec mihi displiceat maculis
 insignis & albo. Aeneid. 1. Molem
 & montes insuper altos, id est, mo-
 lem aliorum montium.

XLI.

Vocabulum uir cum genitiuo
 iunctum nonnunq; Periphrasticòs
 ponitur, & debet concretum uel fors-
 male aliquod nomen intelligi.

Gen. 9. Noah coepit esse uir ters-
 ræ, id est, agricola.

Exod. 4. Non sum uir uerbor-
 um, id est, eloquens.

Iud. 12. Vir contentionis fui ego,
 & populus meus cum Ammon, id
 est, contendens uel litigator.

H 3 Iere.

DE FIGVRIS

Iere. 20. Vir pacis meæ, id est,
confoederatus meus.

XLII.

Nouus nonnunquam pro alio,
uel altero ponitur.

Exod. 1. Surrexit Rex nouus su-
per Aegyptum.

Marci vlti: Linguis loquentur
nouis.

Iohan. 13. Mandatum nouum do-
uobis, ut diligatis uos inuicem.

V. CAPVT

DE PHRASIBVS

Participiorum.

CANONES.

I.

TEmpora participij interdum ha-
bitualiter, uel per concomitantia
am significant, sicut & uerba,

Psal,

Pfal. 14. Ad uidendum num es-
set intelligens, pro, studiosus auditor
doctrinae coelestis.

II.

Præsens participij nonnunquam
futurum significat.

Pfal. 39. Nescit, quis congregat
ea, id est, quis sit congregaturus ea.

III.

Participia nonnunquam nomi-
naliter significant.

Pfal. 5. Odio habuisti omnes ope-
rantes iniquitatem, pro operarijs.

Prouerb. 10. Argentum electum
lingua iusti. Electum, id est, eximium
uel præstans.

Matth. 20. Multi sunt uocati, pau-
ci uero electi, q. d. eximij & præstan-
tes. Græcus ἐκλεκτοὶ habet.

Gal. 2. Petrus erat condemnatus
pro, condemnabilis. Græcus καταγνωσ-
μῶν.

IIII.

H 4

Participia

DE PHRASI: PARTICIPIO.

Participia passiue significantia constructa cum genitiuo uel alio casu nonnunquam Synecdochicôs intelligenda sunt.

Psal. 31. Beatus remissus iniquitatis, uel iniquitatem, & tectus peccatum, pro, secundum peccatum, uel habens remissum peccatum, uel quod attinet ad peccatum.

VI. CAPVT
DE PHRASIBVS
Pronominum.

CANONES.

I.

PRonomen demonstratiuum nonnunquam Pleonasticè ponitur.

2. Reg. 6. Micholi filia Saulis non fuit proles ei usq; ad mortē eius.

Psal. 1. Sicut puluis, quem proiecit eum. Psal.

Pfal. 146. Beatus, cuius Deus Iacob adiutor eius.

Iere. 6. Omnes ipsi, perdit ipsi.

Iere. 10. Lignum de sylua excidit illud opus manuum artificis.

Matth. 8. Descendentem ipsum de monte secutæ sunt ipsum turbæ multæ.

Iohan. 1. Cuius ego non sum dignus, ut soluam ipsius corrigiam, sicut Græcus habet.

II.

Pronomen demonstratiuum nonnunquam qualitatem significat.

Deu. 5. Cor eorum hoc, pro, tale.

Appendix,

Demonstratiuum hic, hæc, hoc, nonnunquæ pro talis, & tale ponitur.

III.

Relatiua pronomina nonnunquæ per Eclipsin desiderantur.

Deut. 32. Petræ, genuit te, oblitus es, pro, quæ genuit te.

H 5

Pfal.

DE PHRASIBVS

Pfal. 5. Incidit in foueam, fecit,
pro, quam fecit.

Pfal. 72. Liberabit pauperem uociferantem & inopem, & non adiutor ei, pro, & cui non est adiutor.

III.

Relatiuum nomen nonnunquam simul pro antecedente & relatiuo ponitur.

Gen. 44. Et praecipit quem super per domum eius, id est, qui super domum eius erat, q. d. dispensatori domus, sicut habet interpretes.

V.

Pronomina datiuo casu uerbis subiecta nonnunquam uel nihil significant, uel pro, in gratiam ponuntur.

Gen. 21. Sedit sibi e regione procul.

Gene. 22. Vade tibi ad terram Moria.

Gene. 23. Intercedite mihi apud Ephron.

Caput

VII. CAPVT ⁶¹

DE PHRASIBVS *Aduerbiorum.*

CANONES.

I.

ADuerbia nonnunquam nomina
aliter usurpantur.

Nume. 28. Holocaustum semper, pro, iuge holocaustum.

II.

Ex Aduerbijs temporalibus, quæ tempus determinatum significant, ea nonnunquam indeterminate ponuntur. Heri, pro quolibet præterito tempore. Hodie, pro præsentis quolibet, cras, pro, quolibet futuro.

Gene. 30. Respondebitq; mihi cras iusticia mea, pro, quolibet die.

Iosue. 22. Cras dicent filij uestri filijs nostris.

Psal. 2. Ego hodie genui te, hodie, pro, ab æterno. Psal.

DE PHRASIBVS

Pfal. 95. Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra, pro, quocunq; die.

III.

Particulæ interrogatiuæ, exclamatiuæ & negatiuæ in distributiuis locutionibus unico loco positæ, nonnunquam uim suam in sequentes quoq; transfundunt sententias.

Pfal. 2. Quare fremuerunt Gentes, & populi meditantur inania, Eriugunt se Reges terræ & congregantur in unum aduersus Dominum & Messiam eius?

Pfal. 3. Domine quàm multiplicati sunt hostes mei, multi insurgunt aduersum me.

Multi dicunt animæ meæ.

Pfal. 4. Usq; quo gloria mea uobis est opprobrio, amatis uanum, queritis mendacium?

Pfal. 9. Non omnino obliuioni datur

datur pauper, expectatio miserorum
peribit in seculum.

Psal. 10. Quousq; Domine stabis
procul, abscondes te in tempore tri-
bulationis: Propter superbiam impij
patietur miser?

Psal. 13. Ne dicat hostis meus,
præualui aduersus ipsum, hostes mei
exultent, quòd mouear.

IIII.

Negatio præposita nonnunq;
suae contrariae æquipollere facit.

Psal. 143. Non iustificabitur in
conspectu tuo omnis uiuens, pro,
nemo.

Rom. 3. Ex operibus legis non
iustificabitur omnis caro.

Appendix.

Latinis & Dialecticis æquipollet
contradictoria, sed hæc est Ebræa
proprietas.

Augustinus in 6. de ciuitate Dei
simile

DE PHRASIBVS

simile quid habet, & repetit Cæsarius
in Dialectica tractatu 3. cap. 25.

V.

Exclusivæ particulæ nonnunquam
inclusivè intelligendæ sunt.

Gene. 8. Coruus reuersus non
est, donec sicarentur aquæ.

1. Reg. 15. Samuel non uidit Saule
usque ad diem mortis, q. d. neque
ante diem, neque in die, neque post uidit,
uel perpetuo non uidit.

Psal. 110. Sede à dextris meis, Do-
nec ponam inimicos tuos scabellum.

Iesa. 46. Usque ad senectam ego
ipse & usque ad canos ego portabo.

Matth. 1. Non cognouit, donec
peperit.

Matth. 5. Non exhibis inde, donec
reddas nouissimum quadrantem.

Matth. 26. Non bibam à modo,
de hoc genimine uitis usque in diem illu-
lum, cum illud bibam uobiscum nouum
in regno patris mei.

Matth.

Matth. 28. Ego uobiscum sum
usq; ad consumationem seeculi.

Marci 9. Non gustabunt mor-
tem, donec uideant regnum Dei uen-
niens in uirtute.

Luca 22. Non bibam de genera-
tione uitis, donec regnū Dei ueniat.

Rom. 5. Peccatum usq; ad legem
erat in mundo.

Appendix.

Hæc pertinent ad Synecdochen
& in talibus fit resolutio, uel per uo-
cum perpetui, uel consequens aliquod
annectitur.

Hierony: aduersus Heluidium:
Anteq; siue priusquam, siue ante, licet
sæpe consequentiam indicent: tamen
nonnunquam ea, quæ cogitabantur,
ostendunt.

Ibidem: Donec seu usq; duplici-
ter intelligitur in sanctis literis. Sæpe
enim ex Idiomate sacrae scripturae cer-
tum

DE PHRASIBVS

tum tempus in eius assumptione significat, & saepe infinitum.

V. I.

In locutionibus collationum nonnunquam similitudinis particula subintelligenda est.

Exo. 19. Vos ipsi uidistis, quomodo portauerim uos super alas Aquilarum, pro, sicut.

Ioel. 1. Dentes eius dentes leonis.

VII.

In locutionibus collationum nonnunquam particula accomodationis subintelligenda est.

Matth. 6. Fiat uoluntas tua sicut in caelo & in terra.

VIII.

Particula similitudinis nonnunquam uel pleonasticôs usurpatur, uel asserendi uim continet, pro, uerè.

Lucae 22. Erat sudor ipsius tanquã guttae sanguinis, id est, erant reuera guttae sanguinis.

Iohan.

Iohan. 1. Cuius gloriam uidimus,
quasi unigeniti à patre, pro, uerè unia
geniti.

1. Corinth. 4. Sic nos existimet
homo, ut ministros Christi, & Oeco-
nomos mysteriorum Dei.

2. Corinth. 3. Transformamur in
eandem imaginem, tanquam à Do-
mini Spiritu.

IX.

Particulæ similitudinis nonnun-
quam intelligendæ sunt de genere,
non de specie: De facto, non de mo-
do: De exemplo, non de causa uel ra-
tione.

Leuit. 9. Ora pro eis, sicut præ-
cepit Dominus. Loquitur de facto
non de modo, quia Deus non præce-
perat modum, sed factum.

Matth. 6. Remitte nobis debita
nostra, sicut & nos remittimus, quasi
dicat, quia & nos remittimus, uel id,
I quod

DE PHRASIBVS

quod & nos faciamus, uel cuius ex-
empla multa sunt in rebus hominum,
uel quod ab hominibus quoq; factis
tari solet. Ideo multo magis æternam
misericordiam hoc factitare decet.
Homo qui est ipsa fragilitas remittit;
Ideo tu Deus, qui es ipsa misericor-
dia, & fons omnis bonitatis, multo
magis hoc facere debes.

Tale & illud: Conuertimini ad
me, sicut ego conuerto ad uos.

X.

Geminationes in Aduerbijs uel
Emphasin, uel superlatiuum uel dis-
tributionem significant.

Leuit. 6. Seruet ligna Sacerdos
manè, manè: pro, quolibet matutino
tempore.

Iohan. i. Amen, amen dico uobis.

Caput

VIII. CAPVT ⁶⁵

DE PHRASIBVS Coniunctionum.

CANONES.

I.

Particulae copulativae nonnunquam in orationis contextu subintelligendae sunt.

Psal. 133. Sicut Ros Hermon, qui descendit in montem Sion, pro, & qui descendit, uel, qui etiam descendit.

II.

Particulae copulativae, conditionales, causales, in distributivis locutionibus nonnunquam semel duntaxat ponuntur, sed tamen vim spargunt in sequentia quoque membra.

Psal. 8. Volucres caeli & pisces
I 2 maris,

DE PHRASIBVS

maris, transiens semitas maris, pro, & transiens.

Psal. 16. Caro mea requiescet in fiducia, quod non derelinques animam meam in inferno, non dabis sanctum tuum videre corruptionem.

III.

Particula causalis nonnunquam conclusiue debet intelligi. Sic quia uel quoniam, pro, ideo.

1. Reg. 2. Non audiuerunt uocem patris sui, quia uoluit eos Dominus occidere.

Psal. 116. Credidi, quia locutus sum.

Luca 7. Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.

Appendix.

Cum hoc consentit, quod quoniam & propterea significare perhibetur.

IIII.

Quod

Quod uel quoniam nonnunquam
pleonasticôs usurpatur.

1. Reg. 1. Tu dixisti Domine mi
Rex, quòd Salomon filius tuus regna
bit post me.

Iohan. 1. Et dixit, quoniam non
sum ego Christus.

Iohan. 8. Principium quod &
loquor, q. d. iam ab initio uobis hoc
loquor, & tamen ignoratis.

IX. CAPVT

DE PHRASIBVS

Præpositionum.

CANONES.

I.

PRæpositio IN propriæ localiter
significat, sed nonnunquam etia
am instrumentaliter pro cum usurpa
tur.

I 3

Psal.

DE PHRASIBVS

Pfal. 2. Reges eos in sceptro ferro.

Lucae 1. Fecit potentiam in brachio.

Lucae 14. Si sal euanuerit, in quo condietur?

II.

IN nonnunquam causaliter significat.

Pfal. 31. In iusticia tua libera me, id est, propter iusticiam.

Hoseae 12. Fugit Iacob in regionem Syriae, & seruiuit Israel in uxore.
Lucae 5. In uerbo tuo eijciam.

Ephes. 1. Dilexit nos in dilecto, id est, propter filium suum dilectum.

Lucae 22. Hic calix est nouum Testamentum in meo sanguine, id est, propter meum sanguinem, qui est in eo calice. Nonnulli interpretantur per uocem per uel, cum, quasi dicat, per uel cum meo sanguine. Ea de re uis

re uideantur Erasmus in annotationibus postremis, & Lutherus in confessione Cœnæ.

III.

IN nonnunquam modum agendi significat.

Psal. 5. Inclino ad templum sanctitatis tuæ in timore tui, q. d. ita ut timeam te.

IIII.

IN nonnunquam etiam mediantis uim continet, ita ut per significet.

Psal. 10. Opprimit, inclinatur, & prosternit in robustis suis pauperes, q. d. per robustos uel ministerio fortiorum.

Psal. 78. Sacerdotes eorum cædebant in gladio.

Zacha. 9. In sanguine Testamenti educis uinctos, id est, per uel propter.

Rom. 4. Iustificati in sanguine ipsius, id est, per uel propter.

I 4

Colos.

DE PHRASIBVS

Colof. 2. Ne quis uos decipiat in
humilitate.

V.

IN nonnunquam inter significat.

Pfal. 35. In hypocritis subsannationum placentæ fremendo super me dentibus suis, id est, inter hypocritas subsannantes, propter placentam, fremendo fremuerunt super me dentibus suis.

VI.

IN nonnunquam pro significat.

Threnorum 5. Aquam nostram in pecunia bibimus.

VII.

IN nonnunquam cum tota constructione nominaliter ponitur.

Gene. 17. Eris in patrem gentium, id est, pater gentium.

Pfal. 16. Funes ceciderunt mihi in præclaris, pro, fors præclara mihi cecidit uel contigit.

Pfal.

Pfal. 33. Omne opus eius in ueritate, id est, uerum.

Pfal. 51. Ecce enim dilexisti ueritatem in occultis, & in abscondito sapientiam docuisti me.

Ibidem: In iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.

Pfal. 110. Sacerdos in æternum, pro, æternus.

Iesa. 4. Germen Domini erit in magnificentiam & gloriam, id est, magnificum & gloriosum.

Matth. 22. Viam Dei in ueritate doces.

Luca 2. Gloria in excelsis Deo, q. d. excelsissima gloria, uel excelsissimo Deo, uel Deo in coelis.

Luca 21. Erit pressura gentium in dubitatione uel desperatione, quasi dicat, erit pressura omnium maxime angusta, adeo, ut ad desperationem inducat propemodum.

I 5 Iohan.

DE PHRASIBVS

Iohan. 8. Qui sermonem meum
seruauerit, mortem non gustabit in
æternum, pro, mortem æternam.

Rom. 1. Qui est definitus filius
Dei in potentia, id est, Dei potentis.

1. Corint. 15. Loquimur sapienti-
am Dei in mysterio, id est, mysticam.

1. Corinth. 15. Seminatur corpus
in debilitate, & resurget in gloria, pro,
debile & gloriosum.

VIII.

In cum tota constructione intera-
dum aduerbialiter usurpatur.

Psal. 9. Ille iudicat orbem in iustis-
cia, & iudicat populos in rectitudinis
bus, pro, iuste & recte.

Psal 10. Usq; quo stabis in longin-
quo, id est, procul.

Psal. 68. Parate uiam ei, qui uehi-
tur in pulchris, id est, pulchre.

Matth. 21. Hosanna in excelsis,
pro, excelsissime uel, excelsum, quasi
dicat

dicat, Hosianna quoddam excelsa uoce canebant.

IX.

IN nonnunquam ociose & pleonastice poni reperitur.

Psal. 9. Ad tempora in tribulatione, pro, ad tempora tribulationis.

Psal. 12. Ponam in salute, pro, ponam salutem.

Psal. 22. Aperire in labio.

X.

De & Ex nonnunquam cum tota constructione nominaliter significant.

Psal. 72. Florebunt ex urbe sicut germen terræ, id est, ciues.

Paulus. Ex fide, ex lege, ex circumcissione, pro fideles, legis operarij, circumcisi.

Appendix.

Similis regula est in Nomine proposita.

XI.

Post

DE PHRASIBVS

Post nonnunq̄ de inclusiuis intelligi debet.

Matth. 27. Post tres dies resurgam, pro, intra.

Marci 8. Oportet filium Dei post tres dies resurgere.

De hoc commentatur Augustinus de consensu Euangelistarum lib. 3. cap. 24. Erasmus in Annotationibus.

XII.

Ante uel coram nonnunquam in sacris pro contra ponitur, idq̄ Ebraismi ratione, quia אַנְטֵ & contra significat.

Prouerb. 21. Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium coram Domino, id est, contra Dominum.

Baruch 3. Miserere nostri, peccauimus ante te.

XIII.

Ex hoc in illud pro augmentatione rei ponitur,

Psal.

Psal. 84. De uictoria in uictoria
ambunt, id est, subinde magis uin-
cent.

Iere. 9. De malicia in maliciam
exiuerunt, id est, subinde peiores facti
sunt.

Rom. 1. Iusticia Dei per Euange-
lium reuelatur ex fide in fidem, id est,
Iusticia Dei per Euangelium
subinde magis magisque
reuelatur.

Δόξα τῷ Θεῷ.



9
192509

ULB Halle
001 933 027





3

sb

710







B.I.G.

Farbkarte #13

DE PHRA
sibus Ebræis Com
MENTARI.
OLVS

Abdiæ Prætorij.



WITEBERGÆ
EX OFFICINA LAURENTII
SCHVENCK.

M. D. LXIII.

2

